Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Carl Gottlieb Knorre Ernst Friedrich Knorre

D. Caroli Gottlieb Knorrii ICti, Potentissimo Prvssiae Regi A Consiliis Intimis, Regiae Fridericianae Directoris Et Facvltatis Jvridicae Ordinarii Observationes Selectae Ad Lvdovici Doctrinam Pandectarvm

Halae Magdebvrgicae: Impensis Carol. Herman. Hemmerde, MDCCLVII

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545

Druck Freier Zugang

J. R.
30.6.11.
Pr. pl. 222. Ind.
Pr. pl. 526. Ind.
Je-3184 1.2.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1850933545/phys_0002
DFG

D. CAROLI GOTTLIEB
KNORRII ICti,
POTENTISSIMO PRVSSIAE REGI A CONSILIIS
INTIMIS, REGIAE FRIDERICIANAE DIRE-
CTORIS ET FACVLTATIS JVRIDICAE
ORDINARII

OBSERVATIONES SELECTAE

AD

LVDOVICI
DOCTRINAM PANDECTARVM

QVAS

EX SCHEDIS PATERNIS EDIDIT ET
INDICIBVS INSTRVXIT
FILIVS
D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE
PROFESSOR JVRIS PVBLICVS ET FACVLTA-
TIS JVRIDICAE ASSESSOR



HALAE MAGDEBVRGICAE
IMPENSIS CAROL. HERMAN. HEMMERDE
MDCCLVII.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0005
DFG

D. CAROLI GOTTLIEB
KNORRII ICti.

POTENTISSIMO PRVSSIAE REGI A CONSILIIS
INTIMIS, REGIAE FRIDERICIANAE DILE-
CTORIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ORDINARII

OBSERVATIONES SELECTAE

AD

LVDOVICI

DOCTRINAM PANDECTARVM

QVAS

EX SCHEDIS PATERNIS EDIDIT ET
INDICIBVS INSTRVXIT

FILIVS

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE

PROFESSOR IVRIS PVBLICVS ET FACVLTA-
TIS IVRIDICAE ASSESSOR



HALAE MAGDEBVRGICAE
IMPENSIS CAROL. HERMAN. HEMMERDE
MDCCLVII.

PRAEFATIO

Cum beatus Parens per triginta annos publico Professoris officio in hac Regia Fridericiana functus sit: per illud tempus nullis perpercit laboribus nihilque fecit reliqui, vt huic muneri satisfaceret. Idcirco præter alias iuris partes impri-

mis Jus Pandectarum iteratis vicibus singulisque fere semestribus explicauit, ac in suis prælectionibus eum in finem institutis fundamenti loco beati LVDOVICI, ICti celeberrimi, *Doctrina Pandectarum* vsus est. Quod iuris Digestorum compendium aliis eius generis compendiis, ex parte a magni nominis viris compositis, ideo potissimum præferendum esse duxit vir beatus, quia Auctor in eo non solum genuina iuris ciuilis æque ac criminalis principia solide ac perspicue tradidit; verum etiam neglectis sepositisque legibus & iuribus diu antiquatis omnique prorsus vsu in Germania destitutis, ea in medium protulit pluribusque exposuit, quæ hodienum valent, ac ampliſſimum

vsum

vsum in foris nostris habent. Quemadmodum vero beatus Parens in id semper elaborabat, vt Auditores, qui in addiscenda Jurisprudentia eius institutione vtebantur, solidiorem iuris cognitionem acquirerent, insimulque animaduertebat, Auctorem in compendio suo, nonnulla iuris argumenta, quæ vberiori explanatione indigere videbantur, leuiter saltim attigisse, nec non quædam notatu digna ac scitu necessaria plane omisisse, ac denique in doctrinis iuris controuersi haud raro erroneam, vel minus probabilem sententiam adoptasse: ita e re Auditorum suorum esse iure meritoque existimabat, si Auctoris sententiam vel legibus & rationibus adæquatis vlterius

confirmaret, eiusque tradita magis adhuc illustraret, vel penitus omissa suppleret, vel tandem in materiis controuersis Auctorem falsam opinionem interdum amplectentem confutaret, ac veriorem sententiam, explosis communibus Doctorum erroribus, vbiuis substitueret. Eum in finem plures obseruationes cum cura conscripsit easque cum Auditoribus suis communicauit, qui easdem in ipsis scholis Pandectarum calamo excipere solebant. Et hasce obseruationes selectas ad illustrandam, supplendam, corrigendam ac perficiendam LVDOVICI *Doctrinam Pandectarum* a beato Parente olim in gratiam Auditorum suorum magno cum studio elaboratas, post eius obi-

obitum publici iuris facere eo minus dubitaui, quo certius sit, in iis potiora tam iuris ciuilis, quam criminalis capita vberius explicata ac nobiliora iuris argumenta fusius exposita esse, adeo vt illi, qui Jurisprudentiæ operam nauant, iis non sine fructu vti poterint. Immo cum in plerisque Germaniæ nostræ Academiis, & imprimis in hacce Regia Fridericiana celeberrimi Juris Antecessores in suis Prælectionibus Juris Ciuilis LVDOVICI *Doctrinam Pandectarum* fundamenti loco adhibere soleant: iis potissimum iuris cultoribus, præsentes obseruationes vtiles erunt, qui ad ductum dictæ *Doctrinæ Pandectarum* Jurisprudentiæ arcana sibi cognita reddere student. Vt autem ipsæ hæ obser-

obseruationes eo instructiores in lucem publicam prodirent, non solum in materiis Processum concernentibus suis locis dispositiones nouissimas CODICIS FRIDERICIANI inserui; verum etiam optima scripta praeprimis Dissertationes, in quibus viri doctissimi ac celeberrimi varias iuris ciuilis & criminalis doctrinas cum multo eruditionis apparatu illustrarunt, vbiuis adieci. Tandem integrum opus triplici indice instruxi, vt scilicet etiam hac parte ipsi nihil deesse videretur. Scrib. in REGIA FRIDERICIANA die 1. Octobr. CIↃ IↃ CCLVI.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE.

Liber.

Liber. I. Titulus I.

De

Justitia & Jure.

Obs. I. ad §. IV.

O*stensum*) Proculiani stoicos secuti proportionem arithmeticam præferebant. Sed Sabiniani geometricam meliorem esse dicebant (1). Cum vero valde lubricum sit huius distinctionis fundamentum & præterea Doctores dissen-

A tiant,

(1) MERILLIVS *Lib. I. Observat. Cap. 24.*

tiant, quæ proportio in pœnis obſervanda ſit, dum quidam reſpectum perſonarum habendum eſſe negant, alii, maxime in pœnis arbitrariis, id admittunt: facile hisce tricis in foro carere poſſumus (2).

Obſ. 2. ad §. VII.

Obligat) Sed fruſtra ſunt, qui ad legem poſitiuam diuinam vniuerſalem confugiunt. Nam ſicuti huius promulgatio omnibus gentibus facta probari nequit: ita quæ ex ea decidenda eſſe volunt, vel in lege naturali iam deciſa ſunt, vel ad leges moſaicas forenſes pertinent, quas cum republica Judaica ſublatas eſſe nouimus (3). Quod exemplo Legis Moſaicæ de homicida doloſo interficiendo docuit THOMASIVS. (4)

Obſ.

(2) GLAFEY **Vernunft-Recht** *Lib. II. Cap. I. §. 245. ſeq.* LAVTERBACH *Colleg. Pandect. Theoret. Pract. h. t. §. 17.* LEYSER. *Med. ad Pandect. ſpec. I. Med. 3.*

(3) THOMASIVS *Obſeruat. Halenſ. Tom. VI. Obſ. 27.* BVDDEVS *Theolog. Moral. P. II. Cap. I. §. 10. 11.* BRVCKNER *Deciſ. matrimonial. Proœm. n. 38. ſeq.* BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. V. Tit. 12. §. 1. ſeq.* ANONYMVS *Comment. de matrimon. prohibit. permiſſ. prohib. & permitt. Cap. 3. §. 1. ſeqq.*

(4) *Diſſ. de iur. aggrat. princip. euangel. in cauſ.*

Obs. 3. ad § VIII.

Diuinarum) Sed decipiuntur, qui Vlpianum rerum diuinarum nomine res diuini iuris populi romani intellexisse existimant. Est enim certum, JCtum stoicæ sapientiæ inutritum, ius naturale dixisse diuinum, resque naturales diuinas. Vt itaque iurisprudentia sit: rerum naturalium & humanarum cognitio, i. e. diuini humanique iuris scientia (5).

Obs. 4. ad §. IX.

Interpretatio) Scire leges non est verba tenere, sed earum vim ac potestatem, (6). Cum igitur interpretatio sit: explicatio mentis alienæ ex coniecturis verosimilibus: consequens est, vt vis ac potestas perspiciatur ex mente & ratione legis, adeoque si hæc latior verbis lex extendi, sin angustior restringi debeat. De-

cauſ. homicid. doloſ. Cap. 4. §. 4. ſeq. Videatur tamen ESTOR *Diſſ. de pœna capitali homicidis doloſis neceſſario infligenda.*

(5) PERRENONIVS *JCtus Gallus Lib. 1. Animaduerſ. Cap. 24. Theſaur. Jur. Roman. Tom. 1. p. 621. ſeq.* GVNDLING *Digeſt. h. t. §. 11. ſeq.*

(6) *l. 17. D. de Legib.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0015
DFG

claratiua vero interpretatio ostendit, quomodo conclusio ex connexione verborum & terminorum technicorum fluat (7). Quodsi autem sensus legis neque ex verbis, neque ex eius ratione erui possit, principis declaratione opus est, quam interpretationem authenticam vocant (8). Tandem hisce interpretationis speciebus accedit interpretatio vsualis, quippe quæ dicitur, cum sententia legis dubia secundum obseruantiam legis constantem explicetur (9).

Liber. I. Titulus II.
De
Origine Juris & omnium Magistratuum.

Obs. 5. ad §. II.

Petita) Ab Hermodoro exule Ephesino in linguam latinam versæ decemque tabu-

(7) EBERWEIN *de arte interpretandi leges.* HOHEISEL *primæ de interpret. iur. lineæ.* LEYSER *Diss. de necessaria in legibus interpretandis circumspectione.*

(8) OLEARIVS *Progr. de authentica legum interpretatione a legislatore exspectanda.*

(9) BOEHMERVS *Introd. in Jus Digestor. h. t. §. 2.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0016
DFG

tabulis inscriptæ. Quibus postea additæ duæ aliæ tabulæ ex reliquiis legum regiarum & moribus sumtæ. Vnde ex accidenti XII. Tabularum appellatio fluxit (10).

Obs. 6. ad §. II.

Licebat) Olim licebat. Augustus vero ad certum numerum reduxit JCtos adstrinxitque iudices, vt ne ab eorum Responsis recederent (11). Hodie Responsa prudentum in vim consilii non sententiæ impetrata iudicem non stringunt (12). Probabilem tamen litigandi caussam reddunt faciuntque liberationem ab expensis (13). Quod vero nonnullis in locis, veluti in terris Prussicis (14), & Hannoueranis non

(10) SCHVBARTVS *de Fatis Jurisprud. Rom. Exerc. 2. p. 200. seq.*

(11) *§. 8. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 2. §. fin. D. h. t.* HOFFMANN. *Histor. iur. Lib. I. Period. 5. sect. I. §. 2. seq.*

(12) REC. IMP. *d. a. 1654. §. 96.* ibi: Solche Consilia sollen weder in referendo, noch in votando Ziel oder Masse geben. Conf. LANGVTH *Diss. de libertate sentiendi iuris peritorum veterum Romanorum hodiernorumque.*

(13) BRVNNEMANN. *Proceff. ciuil. Cap. 27. n. 78.*

(14) COD. FRID. *Part. III. Tit. 32. §. 2.* ibi: Ein

admittitur (15). Cum vero iudex citatis partibus Acta transmiserit, præcise sententiam, prout concepta est, publicare tenetur (16).

Obs. 7. ad §. III.

Senatus consulta) Postquam scilicet comitia e campo in curiam fuerunt translata, senatus vice populi consuli cœpit (17). Senatus consulta præcedebant orationes principum, quæ inde sæpe dicuntur, iura orationibus principum constituta (18).

Obs. 8. ad §. III.

Marci) Cuius constitutionis mentio fit in lege 50. D. de Manumissis testamento. Sed ab Hadriani temporibus principes nullo

---

Ein Responsum Facultatis soll zu Compensirung der Kosten nicht zureichend seyn.

(15) Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 19. §. 5. lit. b.* Anleitung zu Referirung der Acten *Cap. 3. §. 61. Not. 151.*

(16) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 5. seq.*

(17) *l. 2. §. 9. D. h. t.* TACITVS *Lib. I. Annal. Cap. 15.*

(18) *l. 8. pr. D. de Transactionibus.*

lo colore adhibito, quicquid placebat edictis suis constituere cœperunt (19).

Obs. 9. ad §. IV.

Seculum XV.) Codicem Pandectarum in Amalphi vrbe anno 1137. repertum & Pisanis ab Imperatore Lothario II. donatum occasionem dedisse ferunt Irnerio, prælectiones in eum Bononiæ instituendi, Lothario autem Jus Romanum, omnibus aliis legibus antiquatis, in scholas & fora introducendi. Sicuti autem historiam de codice illo in direptione Amalphitana reperto valde suspectam reddidimus alibi (20): ita Conringius (21) fabellam de Jure Romano iussu Lotharii II. in scholis & foro recepto plane profligauit. Id intera certissimum est, Jus Romanum in Italia non minus, quam in aliis regnis nunquam prorsus interiisse; licet potior

(19) HEINECCIVS *Histor. Jur. Lib. I. §. 281. seq.* STRAVCHIVS *de constitut. princip. rescript. & decret.* STEPHANI *Diss. de constitutionibus principum, quæ extat in Eiusdem Discurs. iur. publ. Vol. I. p. 142-148.*

(20) Rechtliche Anmerckungen *p. 16. seqq.* Add. HEINECCIVS *Histor. Jur. Lib. I. §. 337. seq.*

(21) *de Origin. Jur. German. Cap. 29. seq.*

fuerit vſus Codicis, quam Pandectarum & Nouellarum, immo Irnerium ante annum 1135. ius docuiſſe Bononiæ inque Codicem compoſuiſſe gloſſas authenticarum nomine inclarescentes (22). Cum igitur hoc tempore iterum efflorescere cœperit ſtudium Juris Romani eiusque periti in eccleſia, aulis & foro ſummis admouerentur dignitatibus: factum eſt, vt Jus Romanum pedetentim in Germania reciperetur. Jam enim Sec. XII. inprimis vero Sec. XIII. inſignis fuit huius iuris auctoritas, dum iuris auxilio, Canonici & Ciuilis, in conuentionum tabulis renunciauerunt (23). Licet vero Maximilianus I. inſtituerit anno 1495. Judicium Camerale volueritque, vt non ſolum Aſſeſſores eſſent iurium periti & promoti, der Rechten gelehrt und gewürdiget, ſed etiam ius ciuile in pronunciando ſequerentur, was in Kayſerlichen Rechten geordnet iſt: tamen id fieri debuit ſaluis moribus legibusque patriis, nach eines jeden Fürſtenthums, Grafſchaft, Herrſchaft und Obrigkeits Herkommen

(22) HEINECCIVS *l. c. §. 338.* GVNDLING *ad Digeſta p. 36. §. 2. ſeq.*

(23) STRVVIVS *Hiſtor. Jur. Cap. VI. §. 39.* BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. I. Tit. 2. §. 20. ſeq.* HEINECCIVS *l. c. Lib. II. §. 62. ſeq.*

men und Gebräuchen (24). Inde etiam Carolus V. promisit, se constitururum Judicii Præsidem & Assessores consuetudinum germanicarum peritos, die aus teutscher Nation gebohren und derselben löblichen Gebrauch und guten Gewohnheiten erfahren seyn (25). Et in Constitutione Criminali iunguntur hæc sibi inuicem, den gemeinen Rechten, Billigkeit und Löblichen hervorgebrachten Gebräuchen gemäß (26. Immo reseruantur statibus, ihre alte wohl hergebrachte rechtmäßige und billige Gebräuche (27). Tandem in Ordinatione Judicii Imperii Aulici hæc habentur: Wie auch eines jeden Stands, Lands, Orths und Gerichts, sonlich die gebührlich allegirte und probirte privilegia, gute Ordnung und Gewohnheiten und in Mangel derselben die Kayserlichen Rechten und rechtmäßige obseruationes und Gebräuche in Acht nehmen und nach demselben

(24) STRYCK *VI. Mod. Pandect. Diss. Præliminar. §. 24.*

(25) IDEM *l. c. §. 25.*

(26) Vide CONST. CRIM. CAROL. *Præfat.*

(27) CONRING. *l. c. Cap. 33.* INSTRVMENT. PAC. WESTPHAL. *Art. VIII. §. 1. 2.* REC. IMP. *d. a. 1654. §. 105.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0021 DFG

ihre Decreta, Bescheid und Urtheil richten (28).

Liber. I. Titulus III.

De

Legibus SCtis & longa Consuetudine.

Obs. 10. ad §. II.

Obligatur) Cum enim nemo simul Imperans simulque subditus esse possit: consequens est, vt princeps legibus a se latis non obligetur (29). Licet voluntaria

---

(28) ORD. IVD. IMPER. AVL. *Tom. I. §.* Und weilen. Quoad Historiam iuris ciuilis conferri possunt: HOFFMANNI *Historia iuris romani Lipſ. 1734. 4.* STRVVII *Historia Juris Jen. 1718. 4.* BRVNQVELLI *Historia Juris Amstel. 1738. 8.* HEINECCII *Historia Juris Romani & Germanici Lugd. Batau. 1740. 8.* KOPPII *Historia Juris Marb. 1741. 8.* HELLFELDI *Histor. Jur. Rom. Jen. & Lipſ. 1740. 8.*

(29) *l. 31. D. h. t.*

ria subiectione se iisdem submittere possit (30).

Obs. 11. ad §. III.

Solet) Nam ius scriptum JCtis non est ius in scripturam redactum, sed promulgatum, non scriptum, non promulgatum. Igitur ius scriptum nititur expressa legislatoris voluntate & vel per litteras, vel per aliam promulgationem innotescit. E contra mos, consuetudo neque scriptura neque vlla promulgatione expressa indicatur. (31). Nec obstat, ius ciuile strictissime dictum, quod venit ex disputationibus fori & prudentum Responsis, inter species iuris scripti referri. Nam ratione originis sine scripto venit & robur suum obtinuit ex tacito populi consensu (32). Sed postquam hanc iuris speciem Corpori Juris inseruit Justinianus, scriptum esse cœpit. Idem de Prætorum Edictis iureque Prætorio dicendum est, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobauit (33).

Obs.

(30) *§. fin. Inst. Quib. mod. testam. infirm.*
(31) GVNDLING *ad Digesta h.t. §. 9.*
(32) *l. 2. §. 5. & 12. D. de Origin. Jur.*
(33) CICERO *Lib. 2. de Inuent. Cap. 22.* Plura diximus in *Programmate de Edicti Prætorii: Quod quisque iuris in alterum*

Obſ 12. ad §. VII.

Actibus) Per duos teſtes omni exceptione maiores, modo in tempore & actuum identitate conueniant, certumque ſit, hos actus ad ſcientiam principis peruenisſe. Quodſi vero teſtes de actibus plane diuerſis deponant, fidem non faciunt (34). Probatur etiam conſuetudinis exiſtentia per inſtrumenta publica, atteſtationes, res iudicatas, ſimilia (35).

Liber I. Titulus IV.

De Conſtitutionibus Principum.

Obſ. 13. ad §. II.

Exceptio) Reſcripta emiſſa ad preces priuatorum adnotationes ſeu ſubnotatio-

---

rum cet. origine atque vſu apud veteres §. IV.

(34) GAILIVS *Lib. 2. Obſ 31. n. 16.*

(35) MVLLERVS *ad* STRVVIVM *Exerc. 2. §. 21.* SCHILTER *Prax. Jur. Rom. Exerc. 2. §. 20.* Conf. CRELLII *Diſſ. de origine & virtute iuris non ſcripti.* KEMMERICH *Diſſ. de probatione conſuetudinis & obſeruantiæ tam priuatæ, quam publicæ ſiue Imperialis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0024
DFG

tiones, magistratuum epistolæ, vniuersitatum sanctiones pragmaticæ dicebantur (36). Princeps vero non creditur aliquid velle, quam si preces veritate nitantur (37). Igitur si principi obreptum sit, celata scilicet veritate, qua enarrata aliter fuisset rescripturus, vel surreptum, expresso scilicet in libelli supplicis narratione mendacio (38), fructu Rescripti carere iubetur, qui illud impetrauit (39). Alias autem hæc vocabula promiscue accipiuntur (40), atque a verbis subrepo & obrepo, minime vero a verbis surripio & obripio descendunt (41).

Obs. 14. ad §. IV.

Priuilegium) Dicuntur priuilegia quasi priuæ leges, id est priuatis seu singulis datæ. Differunt itaque a legibus, quod hæ com-

(36) MEIER *Diss. de Rescriptis superiorum.* SCHROETER *Diss. de Principum Rescriptis.*

(37) *l. 7. C. de diuers. Rescript.*

(38) *l. 10. §. 2. D. de in ius vocand. l. 29. §. 2. D. Mandat. l. 29. D. de Fals.*

(39) *l. 2. C. de Legib.* REDECKER *Diss. de Rescriptis principum sub- & obreptitiis.*

(40) Veluti in *l. 1. C. si nupt. ex Rescript. pet.*

(41) BLVMIVS *Proces. Camer. Tit. 34. §. 192. seq.*

complectantur omnes ciues, illa autem saltim vnum, vel paucos. Vnde priuilegium est: Constitutio principis, qua vel ob meritum aliquid indulget, vel extra ordinem pœnam irrogat, vt tamen ad exemplum non trahatur (42). Et hoc solo sensu hæ constitutiones dicuntur singulares. Alias enim effectum generalem producunt, dum omnibus præcipitur, ne in tali iure quenquam turbent.

Obs. 15. ad §. VI.

Contractus) Atque adeo ad quosuis heredes & successores transmittitur. Nam quisque sibi & suis heredibus contraxisse præsumitur (43).

Obs. 16. ad §. VIII.

Esse) Ita vt non extendatur vltra personas & caus-

(42) *l. 1. §. 2. D. h. t. §. 6. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* CARLIER *Diss. de priuilegiis in genere ac in specie.* SEHELE *de potestate statuum Imperii circa priuilegia* SIEGEL *Diss. de genuino priuilegiorum conceptu.*

(43) *l. 9. D. de Probat.* STRYCK *Diss. de priuileg. titul. oneros. quæs. Cap. III. §. 2. seq.* SCHAVMBVRGIVS *Diss. de natura priuilegiorum tam gratiosorum, quam conuentionalium ex genuinis principiis exhibita.*

& cauſſas, quibus indultum eſt. Nam priuilegium nec ad exemplum trahi, nec ad conſequentias produci debet (44). Pleniſſima vero interpretatio in cit. lege 3. ita accipienda eſt, vt priuilegium priuilegiato non euadat inutile, ſed effectum plenum habeat, quem intendit legislator, dum aliquid ſingulare a iure communi concedere voluit. Ne ſcilicet calumniæ facultas ex principali capiatur Majeſtate (45).

Obſ. 17. ad §. XI.

Poſſunt) Sed cum princeps fidem ſeruare ex iure naturæ obſtrictus ſit: rectius procul dubio ſentiunt, qui eidem reuocandi facultatem in iis tantum priuilegiis tribuunt, quæ ex mera liberalitate inſtar precarii, non præcedente, vel ſubſequente conuentione & obligatione conceſſit, aut reuocandi poteſtatem ſibi reſeruauit, auf Wohlgefallen, auf Wiederruffen (46).

Obſ.

(44) §. 6. *Inſt. de Jur. nat. gent. & ciuil. l. 1. §. fin. D. h. t. l. 14. D. de Legib.*

(45) *l. pen. D. de hered. inſtit.* BOEHMERVS *Diſſ. de finibus priuilegiorum regundis §. 9.* Notabili exemplo hoc illuſtrauimus in denen rechtlichen Anmerckungen *p. 1. ſeqq.*

(46) VOETIVS *Comment. ad Pandect. h. t. §. 21.* BERGER *Oeconom. iur. Lib. I. Tit. 1. §. 25.*

Obs. 18. ad §. XII.

Non vsum) Modo oblata fuerit eius exercendi occasio. Nam si destituti fuerint priuilegiati vtendi priuilegii obiectis; nullius culpæ aut negligentiæ argui possunt (47).

Obs. 19. ad §. XII.

Singulari) Sed licet hoc casu successor non obligatur directe & proxime: ex facto defuncti tamen mediate per interpositam ciuitatem obligatur, quippe quæ potestatem se obligandi in principem transtulisse creditur, vt ita obligatio per principem facta ad cœtum ipsum & per hunc ad successores pertingat (48). Modo tamen gratiæ & priuilegia non sint aduersa formulæ Imperii & exeant limites delatæ in principem potestatis, quippe quo casu obligatio successoris nulla est (49).

Liber.

---

§. 25. STRYCK *cit. Diss. Cap. II. §. 5.* FROMMANN *Diss. de reuocatione priuilegiorum licita.*

(47) VOETIVS *l. c. §. 24.* REINHARDT *Diss. de eo quod circa amissionem priuilegiorum & iurium iustum est.*

(48) ZIEGLER *de Jur. Majestat. Lib. I. Cap. 12. §. 13. 14.*

(49) DE LVDEWIG *Diss. de obligat. successor. Cap. I. §. 6. lit. n. Cap. 4. lit. l. r.* STRYCK *cit. Diss. Cap. III. §. 12. seq.*

Liber. I. Titulus V.
De
Statu Hominum.

Obſ. 20. ad §. I.

Variant) Homo vero cum certo ſtatu conſideratus dicitur perſona. Quæ vox a Comicis deſumta eſt. Hiſtrionum enim perſonæ in ſcenis facies fictæ ſeu appoſititiæ erant (50).

Obſ. 21. ad §. V.

Corporali) Cum enim partus ſaluus eſſe nequeat, dum mater prægnans ſupplicio afficitur, & ſummopere periclitetur, ſi illa quæſtioni ſubiiciatur: conſequens eſt, vt pœna & tormenta differenda ſint, donec pepererit (51).

Obſ. 22. ad §. VII.

Sufficit) Immo in Saxonia Electorali ſancitum eſt, vt etiam liberi poſt ſponſalia

(50) GELLIVS *Noct. Attic. Lib. V. Cap. 7.*

(51) *l. 18. D. h. t.* MVLLER *Diſſ. de iure prægnantium.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 14.* PERILLVSTRIS *J. S. F.* BOEHMERVS *Diſſ. de eo, quod iuſtum eſt circa torturam valetudinariorum §. 26. ſeqq.*

ante nuptias editi habeantur pro legitimis (52).

Obſ. 23. ad §. VII.

Initium) Quod ad duos priores dies reſtringunt. Inde in Gloſſa Juris Prouincialis Saxonici (53) dicitur, zum längſten 10 Monath und 2 Tage (54).

Obſ. 24. ad §. VII.

Vixerit) Atque perfectio partus mœrore aut aduerſa valetudine retardata fuerit (55).

Obſ. 25. ad §. X.

Prohibetur) Vi enim illicita non minuitur libertas, qualis eſt prædonum violenta detentio (56), non magis, quam iuris

(52) *Deciſ. Elect. 49.*

(53) *Lib. 2. Art. 39.*

(54) B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controuerſ. h. t. Qu. 4.* STRYCK *de ſucceſſ. ab Inteſt. Diſſ. I. Cap. 2. §. 17.* HARTVNG *Diſſ. de partu legitimo ſeptimeſtri & vndecimeſtri.* LYNCK *Diſſ. de partu decimeſtri & vndecimeſtri.*

(55) SANDE *Deciſ. Friſ. Lib. 4. Def. 10.* BEVST *de Matrim. Part. I. Cap. 36.* WILDVOGEL *Diſſ. de partu legitimo.* KIPPING *Diſſ. de partu dubio, quem nempe vidua intra dies lugubres enixa eſt.*

(56) *l. 13. D. Qui teſtam. facer. poſſ. l. 24. D. de captiu & poſtlim.*

iuris dispositione, quippe quæ vetans, ne prodigi sua bona dissipent, minores immobilia sine Decreto alienent, nullis horum videri potest libertatem sustulisse, sed tantum restrinxisse licentiam nimiam ipsis pariter ac reipublicæ damnosam (57).

Obs. 26. ad §. X.

Adquirunt) Gaudet tamen dominus iure mortuarii, quod vocatur, der Sterbe-Fall, Todte-Hand, Haupt-Fall, id est ex eorum hereditate tanquam præcipuum sibi vindicat optimum equum vel bouem, alicubi etiam vti in Hassia, certam pecuniæ summam vel hereditatis partem trientem aut semissem capit (58).

Obs. 27. ad §. XI.

Exæquati) Antoninus Caracalla quidem omnibus Ingenuis qui viuebant in orbe

(57) VOETIVS *l. c. h. t. §. 3.*

(58) HERTIVS *Diss. de hominib. propr. sect. 3. §. 9.* POTTGIESSER *de statu seruorum in Germania Lib. II. Cap. XI. §. 3.* BOEHMERVS *Diss. de imperfecta libertate rusticorum in Germania.* WALDSCHMID *Diss. de hominibus propriis Cap. III. §. 9.* HARPRECHT *de Jure mortuario.* De iure mortuarii curatius egimus in denen Rechtlichen Anmerckungen *p. 344. seqq.*

Romano ius ciuitatis dedit (59). Sed Iustinianus illud etiam cum libertinis communicauit, saluo tamen Patronatus iure (60). Ex quo tempore igitur peregrinorum nomen exoleuit (61).

Liber. I. Titulus VI.
De
His qui sui vel alieni iuris sunt.

Obs. 28. ad §. IV.

Asserat) Alleganti enim propriam turpitudinem in præiudicium tertii haud creditur (62).

Obs. 29. ad §. IV.

Putatiuæ) Facit hic bona fides, vt pro vero matrimonio, maxime quoad effectus ciuiles, habeatur & parentum ignorantia pariat

(59) *l. 17. D. h. t.* SPANHEMIVS *Orb. Roman. Exerc. 2. Cap. 4.*

(60) NOV. *78.*

(61) BRVNNEMANN *Diss. de iure peregrinorum.* LINCK *Diss. de ciuibus & peregrinis.*

(62) STRYCK *Diss. de allegatione propriæ turpitudinis Cap. 2. n. 42.*

pariat excuſationem (63) Immo Pontifex ſufficere ſanxit, modo vnus coniugum ignoret impedimentum (64).

Obſ. 30. ad §. VI.

Fingitur) Verum de hac fictione ſilent leges, nec ea opus eſſe videtur, cum matrimonio ſubſequenti is effectus tribuatur, vt liberis antea natis proſit (65).

Obſ. 31. ad §. VI.

Poſſunt) Sed cum hodie extra matrimonium omnis coniunctio illicita & concubinatus prohibitus ſit; conſequitur, vt omnes ex damnato coitu nascantur, qui extra matrimonium nascuntur, ſicque per ſubſequens matrimonium, dum hæc legitimatio licitam coniunctionem ſupponebat, legitimari nequeant. Sed recepit Jus Canonicum legitimationem iuri ciuili incognitam & omnem vim matrimonio tribuit. Tanta enim eſt vis matrimonii, vt qui antea ſunt geniti, per illud legi-

(63) *l. 4. C. de inceſt. vel iniuſt. nupt.* IVS PROV. SAX. *Lib. III. Tit. 27.*

(64) *Cap. 14. X. Qui filii ſint legitimi.* HERTIVS *Diſſ. de matrimonio putatiuo §. 9.*

(65) BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. IV. Tit. 17. §. 14.*

timentur (66). Quo admisso etiam adulterini & incestuosi, quorum parentes postea iustas ineunt nuptias per subsequens matrimonium legitimantur (67). Deinde moribus Germanorum inualuit, vt liberi in actu hierologiæ pallio patris vel matris abscondantur, qui inde dicti sunt Mantel-Kinder (68). Tametsi etiam apud quasdam gentes vsu fuerit receptum, vt pallio altaris vel alio ab ecclesia constituto & in actu hierologiæ super parentibus extenso simul cooperirentur (69).

Obs. 32. ad §. VII.

Statuto) Quod pro forma hierologiam requirit. Sed cum matrimonium non ex iure ciuili, sed patrio & Legibus Prouincialibus æstimandum sit: consequens est, vt non

(66) *Cap. 6. X. Qui filii sint legitimi.*

(67) BOEHMERVS *Diss. de legitimatione e damnato coitu natorum §. 15. seq.*

(68) IDEM *Jur. Eccles. Protest. Lib. 4. Tit. 3. §. 26.*

(69) SCHWARTIVS *Diss. de Ritu legitimat. liberos per pallium §. 14. seq.* GRVPEN von der teutschen Frau *Cap. VI. §. 8. seq.* Plura de eiusmodi liberis, qui vulgo Mantel-Kinder audiunt, diximus in denen Hällischen Anzeigen *d. a. 1753. N. 35. & 36.*

non rite initum, etiam nullos habeat effectus (70).

Obs. 33. ad §. IX.

Bonis) Licet enim ob generalitatem Textus in Jure Feudali Longobardico (71) legitimati per subsequens matrimonium a successione feudali excludi debeant: tamen cum matrimonium subsequens vitium natalium tollat, & ita legitimati in omnibus habeantur ac legitimi (72) omniaque iura legitime natorum consequantur; eos ad successionem feudalem esse admittendos, plerique statuunt (73).

Obs. 34. ad §. XI.

Nominauerit) Ex qua nominatione tantum præsumtio in dubio nascitur, filium esse legitimum. Quæ vero contrarii probatione vtique eliditur (74).

(70) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protestant. Lib. 4. Tit. 3. §. 49.*

(71) *2. Feud. 26. §. Naturales.*

(72) *Cap. 6. X. Qui filii sint legitimi.*

(73) STRVVIVS *Jurispr. feudal. Cap. 12. §. 6.* Vid. tamen BAVERVS *Diss. de successione legitimatorum per nuptias exule in feudis.*

(74) HVBERVS *Prælect. ad Inst. Tit. de Nupt. §. 19.*

*** *** ***

Liber. I. Titulus VII.

De

Adoptionibus, Emancipationibus & aliis modis, quibus potestas soluitur.

Obs. 35. ad §. I.

Impediat) Licet itaque non desint exempla eorum, qui sexaginta annis minores adoptarunt: tamen manifestum est, id extra ordinem ex indulgentia principis, vel alia iusta caussa factum fuisse (75).

Obs. 36. ad §. IV.

Spadone) In adoptionis materia spadones ii dicuntur, qui propter vitium, quod tamen sanari potest, liberis operam in præsenti dare nequeunt. Sicuti enim his vxorem ducere, ita etiam adoptare permittitur (76).

Obs.

---

(75) *l. 15. §. 2. D. h. t.*

(76) *l. 6. §. 2. D. de iure patronat. l. 39 §. 1. D. de Jur. Dot.*

Obſ. 37. ad §. VI.

Loquitur) Sed de filio naturali, quem pater emancipauerat & poſtea readoptare volebat. Erat enim adoptio honeſtiſſimus modus reuertendi in patriam poteſtatem.

Obſ. 38. ad §. VI.

Explicant) Aſt quarta bonorum ſuorum dicitur (77), & non querela inofficioſi, ſed vtili actione familiæ herciscundæ petitur (78). Cum vero ordinarie ei, qui liberos iam habebat, adoptare permiſſum non eſſet (79): hæc quæſtio rariſſime incidere potuit. Interim licet poſtmodum arrogatori nati fuiſſent liberi: tamen verius eſt, hanc quartam eſſe omnium bonorum, cum arrogatus neque heres ſit, neque bonorum poſſeſſor (80), & quarta ipſi quaſi æs alienum concedi debeat (81). Vnde fruſtra ſunt, qui eam Jure Nouellarum auctam dicunt (82).

(77) §. 3. *Inſt. h. t. l. fin. D. ſi quid infraud. patronor.*

(78) *l. 8. l. 2. §. 7. D. famil. herisund.*

(79) *l. 15. §. 3. l. 17. §. 3. D. h. t.*

(80) *l. 2. §. 1. D. famil. herciscund.*

(81) *l. 8. §. 15. D. de inoffic. Teſtament.*

(82) OTTO *Comment. ad Inſtit. h. t. §. 3.*

Obs. 39. ad §. VII.

Nobilis) Jure Romano arrogati in sacra, gentem, nomen & nobilitatem patriciam atque imaginum omnino transibant (83). Sed cum hodie ius nobilitandi ad reseruata solius Imperatoris pertineat (84), qui in concessione nobilitatis eam ad solos liberos per sanguinem descendentes restringere soleat: consequens est, vt plebeius a nobili adoptatus nobilis non fiat, nisi princeps ei simul nobilitatis iura conferat (85.) Vnde etiam adoptio hodiernis moribus non denobilitat.

Obs. 40. ad §. IX.

Erat) Quia ius succedendi dependebat a patria potestate. Interim cum etiam post emancipationem naturale vinculum & ius sanguinis maneret (86): ex Edicto Vnde

(83) *l. 13. D. h. t.* PERIZONIVS *de ducenda fratris vxore p. 87.*

(84) Regiments Ordnung zu Worms *de a. 1495.* apud MVLLERVM Reichs-Tags *Theatro* unter Kayser Friedrichen *Part. 2. p. 382.*

(85) *Dissertatio nostra de nobilitate adoptiua Edit. Nou. d. a. 1745.* LINCK *Diss. An adoptio conferat nobilitatem?* TENTZEL *Progr. An adoptione adquiratur nobilitas?*

(86) *l. 4. D. vnde liberi. l. 8. D. de reg. iur.*

Vnde liberi bonorum possessionem consequebantur (87).

Obs. 41. ad §. X.

Pactum) Quod ideo antiquis Germanorum moribus fuit introductum, vt dissidiis inter diuersi matrimonii liberos oriturus iretur obuiam (88).

Obs. 42. ad §. XI.

Opus est) Quorum tamen consensu non videtur opus, si iis salua sit legitima (89).

Obs. 43. ad §. XV.

Tacite) Sed parum concinne hodie separationem vocant emancipationem tacitam. Nam omnis emancipatio expressam declarationem patris requirit (90). Rectius itaque dicitur quasi emancipatio, non quod talis sit, id enim particula quasi destruit, sed quia liberi per separationem

---

(87) §. 9. *Inst. de succ. ab Intest.*

(88) HERTIVS *Diss. de Prælegat.* §. 9. HOMMEL *Diss. de genuina vnionis prolium indole extra casum legis & obseruantiæ specialis.*

(89) BEIER *specim. iur. German. Lib. I. Cap. 25.* §. 13. 15.

(90) THOMASIVS *Diss. de quasi emancipatione Germanorum* §. 41.

nem & nuptias sui iuris fiunt, sicuti apud Romanos per emancipationem (91).

Liber. I. Titulus VIII.
De
Diuisione rerum & qualitate.

Obs. 44. ad §. III.

Oceanus) Quippequi in nullius principis vel reipublicæ dominio esse potest. Nam 1) facit eius vastitas & fluiditas, vt nullam recipiat possessionem, adeoque 2) nec occupari nec ita custodiri possit, vt alii ab eius vsu excludantur (92).

Obs. 45. ad §. IV.

Maria) Et sic etiam partes Oceani littori proximiores, quia ita custodiri possunt,

(91) BOEHMERVS *Diss. de statu liberorum sui iuris factorum per separationem vel nuptias Cap. 2.*

(92) TITIVS *Diss. de domin. in reb. occupat. vltra possess. durant. §. 47.* THOMASIVS *ad* HVBERVM *de Jur. Ciuitatis. Cap. 10. p. 452. lit. x.* GROTIVS *de mare libero.* SELDENVS *de mare clauso.*

sunt, vt alii ab earum vsu excludantur. Vnde sæpe fit, vt pactis inter gentes caueatur, quousque ius appellendi transeundique concedendum sit (93).

Obs. 46. ad §. VI.

Surrogarunt) A temporibus enim Constantini M. inter Christianos fuit creditum, res sacras fieri per consecrationem, ita vt earum dominium Deo offeratur (94). Sed apud Protestantes simplex dedicatio in vsu est, qua publice declaratur, has res ad cultum diuinum peragendum esse destinatas (95), & præter verbum Dei & sacramenta, dum dispensantur, res sacræ nullæ sunt (96).

Obs. 47. ad §. IX.

Capitale) Quia scilicet ex pagana superstitione Diis mediis erant dicati. Hodie ob ius præsidii principi competens muri

(93) HERTIVS *ad* PVFFENDORFFIVM *Lib. IV. Cap. 5. §. 8.*

(94) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. III. Tit. 40. §. 14. seq.*

(95) STRVVIVS *Diss. de dedicationibus templorum & altarium.*

(96) BOEHMERVS *Diss. de potestate ciuili in templa.* IDEM *Diss. de sanctitate ecclesiarum.*

muri & portæ in rerum publicarum classe collocantur (97).

Obs. 48. ad §. XI.

Naualia) Scilicet terræ affixa. Ex anchoris enim stantia & plaustris imponi solita, nec non molendina castrensia omnino mobilium classi accensentur (98).

Obs. 49. ad §. XIV.

Ciuili) Verior enim est eorum sententia, qui possessionem ius in re esse negant. Nam ius saltim producit momentaneum (99), quod re erepta perit & euanescit (100). Et licet possessor gaudeat iure rem retinendi; tamen ex ipsa re ei non est ius possessionis, sed ex titulo, quo possidet, veluti pro emtore, pro soluto,

(97) 2. *Feudor. 56.* FRITSCHIVS *de iure præsidii* vom Besatzungs-Rechte.

(98) *l. 26. §. 1. D. de instruct. vel instrum. legat.* FINCKELTHAVSS. *Disp. 3. Controu. 20.* Conf. BORN *Diss. de eo, quod iustum est circa molendina.* REINHARDT *Diss. de eo, quod circa molendinorum exstructionem atque bannum inprimis in terris Electoralibus Brunsuico-Luneburgicis iustum est.*

(99) *l. fin. C. qui legit. pers. standi in iud.*

(100) *l. 1. §. 3. D. de Interdict. l. 15. D. de acquir. possess.*

luto, pro legato, pro derelicto. Tametsi vero amissa possessione ad eam recuperandam agere queat, non tamen actione reali, sed personali interdicto vnde vi experiri debet (101). Interdicta retinendæ possessionis autem ideo non sunt actiones in rem, quia qui possidet in rem agere nequit. (102)

✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲

Liber. II. Titulus I.

De

Jurisdictione.

Obs. 50. ad §. II.

Delegabat) Sed iudicia non penes JCtos, sed senatores, vel equites, interdum etiam penes vtrosque fuerunt (103).

Obs. 51. ad §. III.

Territorium) Sed cum nostris moribus iurisdictio adhæreat tantum personæ in districtu iurisdictionali; consequens est, vt extra

(101) *l. 7. D. de vi & vi armat.*

(102) §. 2. *Inst. de Actionib.* HVBERVS *Prælect. ad Inst. Tit. de Interdict. §. 2.*

(103) Quod docuimus in *Diss. de Prætore & iudice pedaneo Cap. 1. §. 16. Edit. Nou. d. a. 1756.*

extra hunc locum iudex habeatur pro priuato & actus iurisdictionales exercere nequeat (104).

Obſ. 52. ad §. IV.

Criminalis) Jure Romano merum Imperium ſpeciali lege competebat, vnde mandari ſeu delegari non poterat (105). Carolus V. ſequitur ius ciuile & tunc demum permittit, vt alii mandetur iurisdictio criminalis, ſi dominus propter infirmitatem animi, corporis, ætatis aliasque cauſas ſonticas anderer Ungeſchicklichkeit halber ipſe ei ſupereſſe nequit (106). Quod tamen hodie in deſuetudinem abiit & iurisdictio criminalis per vicarium indiſtincte adminiſtrari poteſt. Cum enim illa vtplurimum patrimonialis ſit ac vendi, locari, oppignorari poſſit, cur non delegari quoque aut mandari (107)?

Obſ.

---

(104) BEIER *Diſſ. de expedit. actuum iudicial. extra iudic.* §. 3. GRIEBNER *Tom. IV. Opuscul. ſect 2.* §. 13. REINHARDT *Diſſ. de iudice iurisdictionem voluntariam extra territorium perperam exercente.*

(105) *l. 1. pr. D. de offic. eius cui mandat. iurisdict.*

(106) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 2.*

(107) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. Tit. de offic. eius cui mand. iurisdict.* §. 5. BEIER *Specim.*

Obſ. 53. ad §. VII.

Debet) Ex ea ratione, quia iudex delegans cum delegato non pro vna perſona habetur, ſed ſuperior manet, ad proxime vero ſuperiorem dirigitur appellatio (108).

Obſ. 54. ad §. IX.

Romano) Sed etiam hoc iure ſola conuentio ſufficit. Nam ſi pactus fuerim cum aliquo, vt alio foro, quam meo conueniar conuentusque opponam exceptionem fori incompetentis, alter eam per replicationem pacti conuenti elidere poteſt. Dari enim ex pacto nudo exceptionem notum eſt (109).

Obſ. 55. ad §. X.

Habent) Spuria omnino eſt Pontificis ratio, quaſi toti clericorum ordini præiudicetur, ſi vnus eorum ſuo foro renunciet

C

ſpecim. jur. German. Lib. I. Cap. 40. §. 16. ſeq. KRESSIVS *Comment. ad* CONST. CRIM. *cit. Art. 2. §. 16. n. 2.*

(108) Anleitung zum Proceß *Lib. II. Cap. VI. §. 12.* CARPZ. *Proceſſ. Tit. 18. Art. I. n. 15.*

(109) *pr. Inſt. de Replicat.* Nec obſtat l. 18. D. h. t. quia de eo caſu loquitur, ſi contrario pacto mutata fuerit vtriusque partis voluntas. NOODT *de Jurisdictione Lib. 2. Cap. 12.*

ciet. Priuilegiis enim, quæ intuitu singulorum conceſſa ſunt, recte ſinguli vtuntur, iisdemque ſinguli recte renunciant. Quæ etiam eſt ſententia Juſtiniani (110).

Obſ. 56. ad §. XI.

Adeſt) Sed de qua cauſſa iudex per conuentionem cognoscere nequit, de ea nec per reconuentionem cognoscere poteſt (111).

Obſ. 57. ad §. XII.

Venditi) Cautius tamen agit, ſi id, quod ipſi debetur, non per reconuentionem, ſed exceptionem petat. Sic v. g. in contractu emti venditi opponit exceptionem nondum adimpleti contractus (112).

Obſ.

---

(110) In *l. 51. C. de Episcop. & Cleric.* BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. 2. Tit. 2. §. 39. ſeq.*

(111) *l. 11. §. 1. D. h. t.* MINDANVS *de Proceſſ. Lib. 3. Cap. 6. n. 17.* Neque contrarium probant. *l. 74. §. 1. D. de Judic. & l. 28. D. ad Municipal.* Ibi enim dicitur, quod tunc de ſumma maiori iudex cognoscere poſſit, ſi ita conuenit inter litigantes. Pertinet igitur hoc ad voluntariam, non ad neceſſariam prorogationem.

(112) Anleitung zum Proceß *Lib. 2. Cap. 5. §. 2. ſeqq.*

Obſ. 58. ad §. XIV.

Inferior) Sed cum ſub voce Iurisdictionis etiam comprehendatur criminalis: verius videtur, ea conceſſa ſimul criminalem conceſſam intelligi. Genus enim ſub ſe comprehendit omnes ſpecies ſibique imputare debet dominus, quod reſtrictionem non adiecerit (113). Nec obſtat, Iurisdictionem mero Imperio opponi. Fruſtra enim Ius Romanum vocatur in ſubſidium, vbi certum eſt, ex principiis Iuris Germanici merum Imperium ſub Iurisdictione comprehendi (114). In Ducatu tamen Cellenſi per Reſcriptum de Anno 1695. conſtitutum fuit, ſub voce Gerichten tantum baſſam debere intelligi (115). Quodſi feudo Iurisdictio ſuperior antea cohæſerit, tunc ſub voce Gerichten eam comprehendi dubium non eſt. Idem obtinet, ſi additum ſit, mit allen und jeden Gerichten (116).

(113) BEIER *Delineat. Iur. Civil. h. t. §. 49. lit. J.* BOEHMERVS *Diſſ. de eo, qui clarius loqui debuiſſet §. fin.*

(114) HORNIVS *Jurispr. Feudal. Cap. VII. §. 12.* MEVIVS *Part. IV. Dec. 290.*

(115) FABER Staats-Cantzley. *Tom. IV. p. 380. ſeq.*

(116) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 3.* Conf. ENGELBRECHT *Diſſ. de Jurisdictione ſuperiore & inferiore ſecundum mores Germanorum.*

Obſ. 59. ad §. XVII.

Obligatur) Quia ſcilicet nemo iurisdictionem niſi ex beneficio principis habere poteſt. Sed qui per immemoriale tempus in eius poſſeſſione vel quaſi fuit, pro eo vtique militat præſumtio, quod ea legitimo modo fuerit acquiſita (117).

Liber. II. Titulus II.

Quod quisque iuris in alterum ſtatuit, vt ipſe eodem vtatur.

Obſ. 60. ad §. II.

Agunt) Sed ſatis inconcinne. Hoc enim Edicto punitur dolus ius dicentis & impetrantis. Verum ius diuerſum in aliquo loco in uſu eſſe poteſt ſine dolo adeoque non iniquum. Ex regula autem ius retorſionis non admittendum eſt, quando exteri loco eodem quo ciues & indigenæ haben-

(117) BOEHMERVS *l. c. Lib. 2. Tit. 26. §. 39. ſeq.*

habentur. Nam cum ipsis eodem cum ciuibus iure vti liceat, nullam patiuntur iniuriam (118).

Obs. 61. ad §. II.

Similia) Veluti Ius Albinagii in Gallia (119). Exclusio a nundinis. Prælatio ciuium in Concursu. Cum vero exteri hic non eodem, quo ciues habeantur loco, iniqua non est retorsio.

Obs. 62. ad §. III.

Potest) Quia scilicet priuilegia concedere solius principis est (120).

(118) VOETIVS *l. c. h. t. §. 5.* STRYCK *Diss. de iure retorsionis Cap. 2. n. 18. seq.* HOHEISEL *Diss. de retorsionum iniquitate.* WILLENBERG *Diss. de retorsione iuris.*

119) De Iure Albinagii conferendus est SCHILTER *Exerc. 6. §. 28. n. a.* Add. DE LVDEWIG *Diss. de differentiis Iuris Romani, Gallici & Germanici in peregrinitate, albinagio & Wildfangiatu.*

(120) LINCKER *Decis. 434.*

Liber. II. Titulus III.

Si quis Ius dicenti non optemperauerit.

Obſ. 63. ad §. I.

Arbitrariam) Verum in legibus expreſſe dicitur (121), eum non in id condemnandum eſſe, quod intereſt, ſed quanti ea res ſit, quæ petita & abduci iuſſa, quæ phraſis veram rei æſtimationem indigitat (122). Igitur præter ipſam rem ablatam adhuc in eius æſtimationem condemnabatur (123).

Liber. II. Titulus IV.

De

In ius vocando.

Obſ. 64. ad II.

Poterat) Propter penatium religionem domus ſuum cuique tutiſſimum receptaculum

(121) *l. vn. §. fin. D. h. t.*
(122) *l. 179. D. de verb. ſignif.*
(123) DVARENVS *Diſput. anniuerſar. Lib. I. Cap. 50.*

culum esse debebat. Sed si reus latitabat domi, solemni denunciatione litteris vel edicto Prætoris euocabatur, atque si non comparebat, actor in eius bona immittebatur (124).

Obs. 65. ad §. III.

Ladunt) Eo ipso enim dum iudex citationem decernit, veniam concessisse censetur. In Ducatu tamen Wurtebergico adhuc hodie veniæ impetratione opus est (125).

Obs. 66. ad §. V.

Templi) Quod imprimis fieri solet in causis matrimonialibus, veluti si coniux deserens citandus sit. Edictum vero eam ob caussam in trium dominorum territoriis affigitur, vt eo facilius ad citati notitiam perueniat (126).

Obs. 67. ad §. VIII.

Obtineat) Scilicet nobilium subditi & ciues per requisitionem nobilium & magistra-

(124) RAEVARDVS *Protribunal. Cap. 3.*

(125) SCHILTER *Excer.* 7. §. 7. STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t.* §. 2.

(126) Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 8.* §. 18.

giſtratuum ſunt citandi, omiſſa tamen voce, in ſubſidium (127).

Obſ. 68. ad §. IX.

Obtinet) Hac Formula: daß er der Sachen und allen Gerichts-Tägen und Terminen bis nach endlichen Beſchluß und Urthel beywohnen und auswarten ſolle. Generalis hæcce citatio ideo introducta eſt, vt litigantes a ſumtuoſa citatione ad ſingulos actus alias neceſſaria liberentur (128).

Obſ. 69. ad §. XII.

Adimatur) Quia ſcilicet citatio non ſolum tendit ad effectum comparitionis, ſed etiam præparandæ defenſionis (129).

Obſ. 70. ad §. XIII.

Probanda) Relationi nuntii iurati tam diu creditur, donec alter contrarium probauerit, cum eius fides auctoritate publica ſit electa & iuramento confirmata. Si vero inſinuatio a priuato facta fuerit, eaque negetur, iureiurando confirmanda eſt (130).

---

(127) DE BERGER *Elect. Iur. Matrimonial.* §. *14.* Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 8. §. 5.*

(128) Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 2. §. 4.*

(129) NOV. *LIII. Cap. 3.*

(130) Anleitung zum Proceß *l. c. §. 10.*

Liber II. Titulus VIII.

Qui satisdare cogantur, vel iurato promittant, vel suæ promissioni reliquantur.

Obs. 72. ad §. V.

V*sufructuarius*) In Saxonia tamen vsufructuarii rerum immobilium, veluti mariti, quorum vxores bona immobilia possident, cavere haud compelluntur (131). Præterea a cautione immunes sunt salaria percipientes, tabernarum domini, corpora & vniuersitates, licet bona communia non habeant (132).

Obs. 73. ad §. V.

Inuestitus) Quia scilicet cum saltim spem habeat, non satis cautum est ei, cuius gratia cauere tenetur. Licet enim simul sit subditus, tamen hoc non sufficit,

(131) CARPZOV. *Part. I. Const. 32. Def. 21.*

(132) ORD. PROC. RECOGN. *Tit. 13.*

sed requiritur, vt immobilia possideat (133).

Obs. 74. ad §. VI.

Iudice) Iure Saxonico sufficit, si bona sub eodem principe sita sint (134).

Obs. 75. ad XI.

Obest) Cautio enim promissoria ius hypothecæ producit in bonis immobilibus, quorum intuitu possessor a cautione reali liberatur (135). Igitur licet illa bona alienet, tamen aduersario semper cautum manet, quia res cum suo onere ad quemuis possessorem transit (136). Sed vbi hodie possessores rerum immobilium bona non obligant, ad cautionem adstringuntur, si ea post litem contestatam possidere desinant (137).

Lib.

---

(133) LVDOVICI Lehns-Proceß *Cap. 7. §. 10.*

(134) CARPZOV. *Part. I. Const. 5. Def. 3.*

(135) *l. 7. D. vt legator. seruandor. cauſſa caueat. l. 28. §. 3. D. De Administrat. tutor.*

(136) LVDOVICI *Diss. de eo, qui post litem contestatam bona immobilia possidere desiit. Cap. 3. §. 14. seq.*

(137) IDEM *l. c. Cap. 4. §. 3. seq.*

Liber. II. Titulus IX.

Si ex noxali cauſſa agatur, quemadmodum caueatur.

Obſ. 76. §. I.

Cauſa) Cum enim noxa ſequatur caput, iniquum videbatur Prætori, vt actor facta alienatione nouum ſemper haberet aduerſarium. Poſt litem conteſtatam tale quid metuendum non erat, quia ſimpliciter in æſtimationem facta alienatione vel manumiſſione condemnabatur dominus. Sibi enim imputare debebat, quod noxæ dedendi facultatem ſibi abſtuliſſet (138).

Liber. II. Titulus X.

De

Eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat.

Obſ. 77. ad §. II.

Reſtituitur) Quæ ſcilicet lapſu temporis euanuerat. Idque vel ideo iuris erat, ne reus

(138) *l. 37. 38. D. de noxal. actionib.*

reus ex alieno dolo lucrum sentiat, actor damnum (139).

Obs. 78. ad §. IV.

Colligunt) Nam & vocati interest, tum sæpius ab aliis negotiis & re familiari auocetur, a quibus plerumque sine læsione abesse nequit, tum etiam quia vocanti tenetur ad pœnam, vel in id quod interest, quod se non stiterit, cum reus propter retentionem a priuato factam non excusetur (140).

Liber II. Titulus XI.

Si quis cautionibus in iudicio sistendi caussa factis non obtemperauerit.

Obs. 79. ad §. II.

Vadimonium) Est enim vadimonium: satisdatio in iure iudicioue sistendi caussa interponi solita. Igitur qui deserit vadimonium, viam aperit actori aduersus vades seu sponsores ad pœnam commissam

(139) *l. 3. §. 1. D. h. t.*

(140) *l. 2. §. fin. D. h. t.* VOETIVS *l. c. h. t. §. I.*

ſam experiundi (141). Eremodicium autem eſt lis cœpta & conteſtata deſerta.

Obſ. 80. ad §. III.

Zu rechter früher Tagezeit) Cuius formulæ origo ab antiquo iudiciorum more repetenda eſt. Cauſſæ enim priuatæ cum ſolis ortu, publicæ poſt meridiem agitabantur. Licet vero poſtea etiam horis poſtmeridianis ius dici conſueuit: tamen huius formulæ vſus remanſit (142).

Obſ. 81. ad §. V.

Amittit) Quippequæ ante litis conteſtationem opponi debent. Cum ergo lis in contumaciam pro negatiue conteſtata habeatur: conſequitur, vt iis amplius locus eſſe nequeat. Immo etiam peremtorias amittit, quia iuxta leges Imperii ſub poena præcluſi litis conteſtationi annecti debent (143).

Lib.

---

(141) RAEVARDVS *Protribunal. Cap. 9.*

(142) *Diſſertatio noſtra de recto dilationum vſu. §. 9.*

(143) REC. IMP. *d. a. 1654. §. 37.* BOEHMERVS *Diſſ. de contumac. non reſpondent. Cap. I. §. 24.* Anleitung zum Proceß *Lib. I Cap. 3. §. 4.*

Liber II. Titulus XII.
De
Feriis & Dilationibus & diuersis temporibus.

Obs. 82. ad §. II.

Vacui) A Feriis differt iustitium, quando tempore belli iudicia sunt clausa, neque iurisdictio exercetur (144).

Obs. 83. ad §. III.

Omnibus) Conuenientius omnino esset, si nundinarum potius, quam messium vindemiarumque feriæ omnibus prodessent, cum cursus mercimoniorum non solum venditores, sed etiam emtores requirat; e contra messium negotia eos solummodo respiciant, qui agros possident & rus colunt (145).

Obs. 84. ad §. V.

Voluntariæ) Rationem reddunt, quia actus voluntariæ iurisdictionis nullam caus-

---

(144) BOEHMERVS *Diss. de eo, quod durante iustitio iustum est Cap. I. §. 7. seq.*

(145) BRVNNEMANN. *Proc. Ciuil. Cap. 6. n. 24. 25.* BEIER *h. t. §. 12.* Vnde STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t. §. 13.* hanc sententiam extra Saxoniam in dubio præferendam esse putat.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0058
DFG

cauſſæ cognitionem requirant. Proinde ſi ea opus ſit, veluti in unione prolium & tranſactione ſuper alimentis futuris, talis actus in diebus feſtis explicari nequit (146).

Obſ. 85. ad §. X.

Narrata) Sed etiam in danda prima dilatione ex parte iudicis leuior cauſſæ cognitio requiritur (147). Igitur male agunt iudices, qui nudæ petentis allegationi ſtatim fidem habent (148). Vnde etiam in Saxonia Electorali non conceditur, niſi impedimentum in continenti demonſtratum fuerit (149).

Obſ.

---

(146) MVLLERVS *ad* STRVVIVM. *Exerc. 5. §. 35.* SHERZ. *Diſſ. de diebus feriatis actibusque tempore illorum prohibitis.*

(147) CARPZOV. *Proceſſ. Tit. 13. Art. I. n. 168.*

(148) BRVNNEMANN. *ad l. 1. C. h. t. n. 14. 15. Diſſ. noſtra de recto dilationum vſu §. 14.*

(149) ORD. RECOGN. *Tit. 20. §. 3.* Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 3. §. 7.* Qua ratione iudices in Terris Pruſſicis partibus primam vel vlteriorem dilationem concedere poſſunt, vberius explicat COD. FRIED. *Part. III. Tit. 19. §. 2-6. Ibi:* Es ſollen ohne wichtige Urſachen keine Dilationes geſuchet werden, und ſoll die Erſte nicht leicht

Obſ. 86. ad §. IX.

Interuenire) In Saxonia Electorali tertia & vlterior dilatio concedi nequit, & ſi de facto fuerit conceſſa, probatio eſt deſerta. Nec ſecunda permittitur niſi interuenien-te ſolennitate legali (150).

Liber. II. Titulus XIII.

De Edendo.

Obſ. 87. ad §. IV.

Simplices) Hinc libellus articulatus ex officio a iudice ab Actis reiici debet

---

leicht verſaget werden, bey der zweyten aber muß der Impetrant die Urſachen nicht allein ſpecifice anführen, ſondern auch ſich erbiethen, in dem nächſten Termin vermittelſt Eydes zu erhalten, daß dieſelben ihn auſſer Stand ſetzen in Termino zu erſcheinen, die Satzſchriften einzubringen u. ſ. w. - Worauf der Richter dem Befinden nach die zweite Dilation verſtatten kan, aber in Termino den Eyd von ihm oder ſeinem Special - Gevollmächtigten abnehmen muß. Die dritte Dilation ſoll niemahlen, auſſer wenn cauſſæ grauiſſimæ vorhanden ſind, gegeben, und dergleichen Dilation nicht über vier bis ſechs Wochen erſtrecket, nach der dritten aber keine mehr verſtattet werden.

(150) ORD. REGOGN. *cit.* §. 3.

debet (151) eique obstat exceptio nullitatis, quæ etiam post litem contestatam recte opponitur (152). Quæ licet ita sint, alibi tamen veluti in Ducatu Bremensi & in Holsatia adhuc hodie actori permissum est, libellum articulatum iudici exhibere (153). Norimbergæ vero in caussis matrimonialibus libellus articulatus admittitur (154). Ita quoque in caussis criminalibus vbiuis libellus accusatorius articulatim concipi potest (155). Ceterum cum libello articulato confundi non debet libellus punctatim conceptus, vbi scilicet circumstantiæ facti per numeros punctatim proponuntur (156). Nam hoc actori semper licet.

Obs. 88. ad §. VI.

Perierit) In processu ordinario, vbi actio ordinaria prodita, hæc clausula otiosa est,

(151) STRYCK *Diss. de reiectione ab Actis Cap. 2. n. 53.*

(152) CARPZOV. *l. c. Def. 1.*

(153) Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 1. §. 4.*

(154) LINCK *Diss. de iud. reipub. Norimb. Cap. 2. §. vlt.*

(155) PERILLVSTRIS J. S. F. BOEHMERVS *Element. Jurispr. Criminal. sect. I Cap. IV. §. 79.*

(156) REC. IMP. *d. a. 1654. §. 34.* BLVMIVS *Proceff. Cameral. Tit. 68. §. 22.*

cum vbi ea adeſt, ad officium iudicis recurrendum non ſit. Neque etiam iudex parte aduerſa inuita loco proceſſus ordinarii ſummarium eligere poteſt. Quod autem iudex ea, quæ in iure deficiunt, ſupplere queat, non facit virtute huius clauſulæ, ſed ex legis præſcripto & ratione officii (157). Si vero in facto quid a partibus neglectum fuerit, de quo ex Actis non conſtat, per nullam clauſulam id ſupplere poterit, cum id, quod in iudicium deductum fuit, eius poteſtas excedere non poſſit (158). In cauſſa ſummaria qualiscunque libellus ſufficit non virtute huius clauſulæ, ſed ex natura proceſſus ſummarii (159).

Obſ.

---

(157) *l. vn. C. Vt quæ deſunt aduocatis partium, cet.*

(158) *l. 18. D. Commun. diuidund.*

(159) BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. I. Tit. 32. §. 6. ſeq.* STRYCK. *Diſſ. de clauſul. libellor. ſalutar. Cap. 2. §. 3.* B. L. B. *de* COCCEII *Jur. Controuerſ. h. t. Qu. 5.* Anleitung zum Proceß *l. c. §. 16.* Nullo modo tamen tolerandam eſſe breuitatem vel potius incuriam quorundam aduocatorum, qui loco huius clauſulæ tantum vocem, *Deſuper* in fine libelli ponere ſolent, recte monet DE LVDOLPH.

Obſ. 89. ad §. VII.

Adlegaſſem) Quia ſcilicet generalis condemnatio omnes cauſſas ſub ſe comprehendit. Sic v. g. qui ſe in genere heredem dixit & ſuccubuit, denuo agere nequit. Bene vero qui v. c. egit ex teſtamento & ſuccubuit, hereditatem iam ex cauſſa inteſtati petere poteſt (160).

Obſ. 90. ad §. IX.

Cumulari) Quæ cumulatio conſiſtit in coniunctione plurium actionum in eodem libello. Quæ licet iure ciuili incognita ſit; vſu fori tamen introducta & iure canonico (161) probata fuit, ex minus re-

DOLPH. *Jure Cameral. p. 445.* In COD. FRIDER. *Part. III. Tit. 6. §. 3. & 4.* de hac clauſula ita diſponitur. Soll dieſe Clauſul ipſo iure in dem Libell begriffen ſeyn, und daher nicht beygefüget, jedoch in dem Libell ſo wohl, als in dem Petito nebſt der Haupt-Sache zugleich der Schäden, Unkoſten, Früchte, Abnutzungen, Zinſen, Intereſſe und dergleichen, ausdrückliche Meldung gethan werden. Wann aber dieſelben im Libell übergangen und nicht gebethen worden, ſoll zwar der Richter ex officio darüber mit erkennen, der Aduocat aber, welcher ſolches unterlaſſen, mit 5 Rthlr. Straffe beleget werden.

(106) Anleitung zum Proceß *l. c. §. 8.*

(161) *Cap. 36. X. de Teſtib. Cap. 2. 6. X. de cauſſ. poſſeſſ. & propriet.*

cte intellectis textibus iuris ciuilis (162). Requiritur etiam vt actiones eodem processus genere tractari possint. Sic nulla admittitur cumulatio, si vna caussa ordinario, altera vero executiuo tractanda sit processu (163). In Saxonia Electorali hodie plures caussæ quam tres in eodem libello cumulari possunt, si nulla exinde metuenda sit confusio (164). In Ducatu Guelferbytano autem omnis actionum cumulatio penitus interdicta & quæuis caussa seperato libello proponenda est (165).

Obs. 91. ad §. XII.

Consule) Quod dispositum est falsi præcauendi caussa. Ne v. g. cognito die falsum testamentum conficiatur, quo scilicet quasi posteriore prius quod productum fuit rumperetur (166).

Obs. 92. ad §. XII.

Non est) Licet enim in lege 1. §. 3. *D. h. t.* negetur, actorem teneri instrumenta

(162) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib.* 2. *Tit.* 12. §. 2. *seq.* IDEM *de Actionib. sect.* 3. §. 1. *seq.*
(163) MENCKEN *Proces. Tit.* 5. §. 10. 11.
(164) ORD. RECOGN. *Tit.* 5. §. 2.
(165) Anleitung zum Proceß *l. c.* §. 11.
(166) CVIACIVS *Lib. III. Obseruat. Cap.* 7.

ta edere, quibus ipſe vſurus non eſt; hancce legem tamen de editione quæ fit ante litem conteſtatam ad deliberandum accipiunt, & ſic propter ſanctionem citatæ legis 5. reum recte petere editionem illorum inſtrumentorum ad firmandam exceptionem exiſtimant (167).

Obſ. 93. ad §. XIII.

Eccleſiæ) Jure ſingulari fisco indultum eſt, vt reus ei documenta edere teneatur (168). Quod Doctores ad eccleſias aliasque pias cauſſas extendunt. Sed hoc vel ideo admitti nequit, cum iura ſingularia non producantur (169). In terris Pruſſicis tamen eccleſiis hoc ius ſingulare expreſſe tributum fuit (170).

Obſ. 94. ad §. XV.

Extractui) Sed ſi exemplum deficiat ſub pœna pecuniaria aliaque grauiori, ſi in contumacia perſeueret, ei poteſt iniungi editio. Rectius vero agunt, qui editionem poſtulant ſub comminatione:

(167) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h.t. §. 16.* Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 12. §. 29.*

(168) *l. 3. D. h. t. l. 2. §. 1. D. de iur. fisc.*

(169) *l. 14. D. de Legib.* Anleitung zum Proceß. *Lib. I. Cap. 12. §. 30. lit. e.*

(170) COD. FRID. *Part. III. Tit. 24. §. 4.*

Daß in Verbleibung deſſen die Articul, bey welchen die Documenta induciret, vor eingeräumet gehalten werden ſollen (171). Quod etiam in Saxonia Electorali requiritur (172). Sed in terris Pruſſicis in hoc caſu permittitur ei, qui editionem poſtulat, vt contenta iureiurando confirmet (173).

Liber. II. Titulus XIV.

De

Pactis.

Obſ. 95. ad §. I.

A *diectum*) Pactum adiectum valebat iure acceſſorii, adeoque ſi negotium principale validum erat, etiam illud ſubſiſtebat (174).

Obſ. 96. ad §. III.

Chirographi) Quodſi plura chirographa de eodem debito conſcripta creditori data fuerint, altero reſtituto debitum non

(171) Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 12. §. 31. 32.*
(172) ORD. RECOGN. *Tit. 26. §. 2.*
(173) COD. FRID. *Part. III. Tit. 24. §. 13.*
(174) NOODT *de Pactis Cap. 11. 12.* GAMBS. *Diſſ. de Pactis adiectis.*

non remissum censetur, cum ex altero de eo adhuc constare possit (175).

Obs. 97. ad §. V.

Mercatrices) Si scilicet intuitu negotiationis se obstringunt. Extra eam enim curatore opus habent (176).

Obs. 98. ad §. VII.

Liberetur) Quæ sententia a vero aliena est. Nam potest quidem agi ad id, quod interest, sed quod is qui factum promisit, ad illud præstandum cogi nequeat, aut liberetur offerendo id, quod interest, nullibi sancitum est (177).

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. II. Titulus XV.

De Transactionibus.

Obs. 99. ad §. II.

Maiorennis) Minores quidem æquiparantur maioribus (178). Sed id intelli-

D 4

(175) VINNIVS *de Pactis Cap. 12. n. 13. seq.*

(176) CARPZOV. *l. c. Def. 16.*

(177) HVBERVS *Prælect. ad Inst. de Verb. Obl. §. 5.* THOMASIVS *Diss. an promissor facti liberetur præstando id quod interest?*

(178) AVTH. *Sacramenta puberum C. si adverſ. vendition.*

telligendum est de obseruantia iuramenti, non de pœna periurii. Nec tamen his subuenitur in delicto, sed pœna tantum non statuitur (179)).

Obs. 100. ad §. III.

Adficitur) Immo etiam in capitalibus. Nam accusator nunquam transigere seu pacisci potest sine crimine præuaricationis & falsi. Et quod singulari humanitatis ratione reo indultum fuit, ad accusatorem extendi non debet, quippequi sine abolitione ab accusatione desistere nequit (180).

Obs. 101. ad §. IV.

Dissoluatur) Modo de contracto matrimonio constet. Si enim adhuc dubitatur, vtrum illud inter litigantes vnquam contractum fuerit, locum habet transactio, quia cum de vinculo matrimonii nondum constet, contra illud facta transactio dici ne-

(179) BRVNNEMANNVS *ad l. 41. C. h. t. n. 2.*

(180) *l. 1. §. 7. l. 7. §. 1. D. ad SCtum Turpill.* NOODT *de Transaction. crimin. Cap. 12. 13.* HOMMEL *Diss. de transactione super omittenda criminis capitalis accusatione actori illicita.* DEMOVGE *Diss. de transactione in caussa criminali.* MARBACH *Diss. de iure transigendi in criminalibus*

nequit (181). Contra sponsalia de præsenti iure canonico permitti nequit transactio, cum ipsum matrimonium inuoluant. Protestantes eadem principia sequuntur, cum tamen illorum sponsalia de præsenti sint illa ipsa, quæ iure canonico dicuntur de futuro & non sunt matrimonium, nec vinculum indissolubile continent. Suadet tamen vtilitas publica, vt non priuato ausu, sed Consistorii auctoritate transactio fiat (182).

Obs. 102. ad §. V.

Permissa) Ne hi quibus alimenta relicta erant facile transigerent contenti modico præsenti (183). Quod si igitur paciscendo conditionem suam faciant meliorem, decreto opus non est (184). Idem dicendum de alimentis præteritis, quia in futurum, non vero in præteritum viuimus 185). Ceterum magistratus decre-

(181) *Arg. l. fin. C. h. t.* HEIGIVS *Part. 2. Qu. 17.* BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 1. Tit. 36. §. 4.*

(182) IDEM *l. c. Lib. 4. Tit. 1. §. 161. seq.*

(183) *l. 8. D. h. t.*

(184) *cit. l. 8. §. 6.*

(185) *cit. l. 8. §.*

tum non sufficit, quod nulla causſæ cognitio præceſſerit (186).

Obſ. 103. ad §. VI.

Inſpectis) Sed valida erit transactio, quam nulla lex pronuntiauit inualidam. Tametſi vero Auctor ad varias leges (187) prouocet: in iis tamen nihil, quod nobis aduerſum eſt, reperitur. Nam quæſtio proponitur, vbi pars tranſigens deſiderat inſpicere tabulas teſtamenti, & Prætor ita deſideranti poteſtatem facit additque rationem Caius ICtus, quia de his controuerſiis neque tranſigi, neque veritas exquiri aliter, quam inſpectis verbis teſtamenti poteſt. Igitur inſpectionem ideo neceſſariam eſſe dicit, quia eam pars deſiderat (188).

Obſ.

---

(186) GVNDLING. *Diſſ. de transaction. ſtabilitat. & inſtabilit.* §. 14. *ſeq.* NIVOY *Diſſ. de transactione in cauſſa alimentorum.*

(187) Spectant huc *l. 6. D. h. t.* & *l. 1. D. quemad. teſtament. aperiant.*

(188) B. L. B. DE COCCEII *Jur. Controuerſ. h. t. Qu. 4.* NOODT *de pactis & transactionibus Cap. 18.* GVNDLING. *Diſſ. de transactione teſtamenti tabulis non inſpectis.* SHVLTING *Diſſ. de transactione ſuper controuerſiis, quæ ex vltimis voluntati-*

Obſ. 104. ad §. VIII.

Certa) Ignoratur enim prius tantum, quia quantum debeatur, nescitur. Alterum vero tantum prius ſupponit & ſine illo intelligi nequit (189).

Obſ. 105. ad §. VIII.

Extraiudicialibus) Conſtitutionem enim Electoralem, quæ reſciſſionem indulget, ad has reſtringit CARPZOVIVS, cum tamen in ea de eiusmodi reſtrictione nihil reperiatur (190).

Obſ.

---

tatibus proficiscuntur, etiam non inſpectis vel cognitis illarum verbis recte ineunda. CRELL *Diſſ. Quando efficaciter tranſigatur de teſtamentis non inſpectis tabulis.* BACHIVS *Diſſ. de iure transactionis ſuper controverſiis ex teſtamento non cognitis tabulis.*

(189) VOETIVS *l. c. h. t. §. 24.* GVNDLING *cit. Diſſ. de tranct. ſtabilit. & inſtabil. §. 42. Diſſ noſtra de transactione non reſcindenda propter læſionem vltra dimidium Cap. 2. §. 5. ſeq. Edit. Nou. d. a. 1756.* LINCK. *Diſſ. de reſciſſione transactionis ob enormem læſionem.* WILDVOGEL *Diſſ. de transactione ob læſionem enormem non reſcindenda.* MVHLHAVSSE *Diſſ. de transactione propter enormem læſionem non reſcindenda.*

(190) *cit. Diſſ. noſtra Cap. 3. §. 9. ſeq.*

Obſ. 106. ad §. IX.

Reperiantur) Recte enim nunc petit fideicommiſſum, cum de eo duntaxat cogitauerit, quod iis tabulis, quas tunc nouerat, continebatur (191).

Liber. III. Titulus I.

De

Poſtulando.

Obſ. 107. ad §. III.

Annis) Quia iis ſcilicet annis plena definita fuit pubertas. Poſita enim prætexta puerili, iuuenes ſumebant togam virilem & ad obeunda munia ciuilia apti cenſebantur (192). Quod tamen ad eum caſum reſtringendum erit, ſi pro alio poſtulet minor (193).

Obſ.

(191) *l. 5. D. h. t.* BYNKERSHOECK *Lib. 4. Obſ. Cap. 2.* DE LVDEWIG *Diſſ. de iure retractandi transactionem nouis inſtrumentis repertis, quæ inuenitur in Opuscul. Miscell. Tom. I. p. 963. ſeqq.*

(192) BYNCKERSHOECK *Lib. 4. Obſ. Cap. 11.*

(193) *§. fin. Inſt. Qui & ex quib. cauſſ. ma-*

Obs. 108. ad §. III.

Cæci) Quia scilicet apud Romanos insignia magistratus videre & reuereri non poterant (194). Qua reuerentia cum hodie ad postulandum non opus sit: cœcus aduocatus recte admittitur (195).

Obs. .109. ad §. IV.

Prohibentur) Licet enim eadem sit caussa, tamen non est idem iudicium. Sed si executio sententiæ ei a iudice superiori committatur, desinit esse aduocatus & secundum huius præscriptum eam peragit (196).

Obs. 110. ad §. V.

Debent) Quod inprimis in terris Prussicis obseruare tenentur (197). Deinde aduocati quoque in scriptis suis a superfluis & inutilibus allegationibus abstinere, de-

---

manum. non licet. STRYCK *Diss. de conscientia aduocatorum Cap. I. n. 28. seq.*

(194) *l. 1. §. 5. D h. t.* BYNCKERSHOECK *Lib. 4. Obs. Cap. 12.*

(195) *Diss. nostra de Prætore & iudice pedaneo Cap. 2. §. 30. Edit. Nou. d. a. 1756.*

(196) BRVNNEMANN *ad l. 6. C. h. t. n. 6.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 2.*

(197) COD. FRID. *Part. III. Tit. 6. §. 16.*

debent, ne hac ratione litem protrahere videantur (198).

Obſ. III. ad §. VI.

Licet) Verum hoc in terris Pruſſicis aliter ſe habet. In rebus enim minoris momenti (Bagatel-Sachen) regulariter aduocati non admittuntur (199). Idem quoque obtinet in iniuriis leuioribus (200).

Obſ.

---

(198) REC. IMPER. *de a. 1654. §. 96.* ORD. CAMER. *Part. 3. Tit. 40. §. 2.* COD. FRID. *Part. I. Tit. 14. §. 34.* THOMASIVS *Diſſ. de protractione litis per allegationes legum & Doctorum in proceſſu aduocatis permiſſas.* LVDOVICI *Diſſ. de ICto ſine lege loquente §. 34.*

(199) COD. FRID. *Part. III. Tit. 4. §. 11. Part. IV. Tit. 2. §. 9.* ibi: Es werden aber unter die Bagatel-Sachen gerechnet, wann die Sache 50 Rthl. und darunter betrift. Wann die Sache kein baares Geld, ſondern præſtationes, iura oder andere Anforderungen importiret, deren Werth nicht über 50 Rthl. gerechnet werden kan, (welches dem arbitrio iudicis lediglich überlaſſen wird): ſo gehören ſolche gleichfals unter die Bagatel-Sachen.

(200) COD. FRID. *Part. IV. Tit. 4. §. 3.*

(201) HVBERVS *Prælect. ad Pandect. h t. §. 11.* COD. FRID. *Part. I. Tit. 14. §. 7.* Es muß auch kein Aduocat denen Partheyen ſein Patrocinium ohne wichtige Urſachen, (worunter aber die Furcht vor Menſchen nicht gerech-

Obs. 112. ad §. VI.

Existiment) Immo suscipere non debent caussam scientes malam, & si receptam deinde esse talem deprehendunt, eiusdem patrocinio se subducere tenentur (201).

Obs. 113. ad §. VI.

Obstringerentur) Idem iuramentum pauperes in terris Prussicis præstare tenentur, si ad ius pauperum (zum Armen-Rechte) admitti velint (202). Ita etiam in caussis pauperum charta signata (Stempel Pappier) non adhibetur (203). Præterea autem in iisdem terris peculiaris aduocatus pauperum constitui solet, qui patrocini-

---

gerechnet werden kann) versagen; sondern, auf der Partheyen Anhalten, darzu bey 20 Rthl. Straffe angehalten werden. Part. I. Tit. 14. §. 13. Wann aber die Aduocaten in ihren Gewissen überzeuget seyn, daß die Sache offenbahr unrecht ist: müssen sie, dieselbe nicht annehmen, sondern die Partheyen von ihren Fürnehmen abrathen, ihnen die schweren Proceß-Kosten, die Verletzung ihres Gewissens und die Erwerbung des göttlichen Zorns, auch der richterlichen Straffe, zu Gemüthe führen: sich selbst aber durch die Hoffnung des salarii nicht zu offenbahren Meyneyd verleiten lassen.

(202) COD. FRID. *Part. I. Tit. 16. §. 1. 2.*

(203) COD. FRID. *l. c. §. 14.*

cinium pauperibus præstat. Quodsi vero actor pariter ac reus ius pauperum obtinuerint; iudex alteri parti alium aduocatum ex officio constituere tenetur (204). Quod etiam de eo casu obseruandum est, si ordinarius aduocatus pauperum ob morbum vel aliam iustam caussam processum continuare nequeat (205).

Obs. 114. ad §. IIX.

Debebat) Lege quidem Cincia lata A.V.C. 459. sancitum fuit, ne ob caussam orandam donum munusue acciperetur (206). Sed sub Claudio inualuit, nauatam clienti operam honorario remunerari, ita tamen vt in vnaquaque lite illud atque palmarium simul sumtum centum aureorum quantitatem non excederet (207).

Obs.

---

(204) COD. FRID. *l. c. §. 12.*

(205) COD. FRID. *l. c. §. 11.* Conf. WILLENBERG. *Diss. de Aduocatis pauperum.*

(206) TACITVS *Lib. II. Annalium Cap. 5.* BRVMMERVS *ad Legem Cinciam p. 18. seq.*

(207) *l. 1. §. 10. 12. D. de extraord. cognition.* TACITVS *l. c. Cap. 7.* KRAVSE *Diss. de eo quod iustum est circa salaria & honoraria aduocatorum §. 3. seq.*

Obs. 115. ad §. IIX.

Determinat) Iudex itaque in determinando honorario aduocato debito non foliorum & loquacitatis, sed doctrinæ & ingenii rationem habebit (208).

Obs. 116. ad §. X.

Detesserit) Quam sententiam vulgo receptam esse dicunt. Sed in puncto iuris vera non est Cum enim annuum salarium aduocato pro ministerio & officio constitutur: consequitur, vt non ab initio anni

(208) GAILIVS *Lib. I. Obs. 151.* ORD. CAMERAL. *Part. I. Tit 52.* MENAGIVS *Amœnitat. Jur. Ciuil. Cap. 18.* COD FRID. *Part. I. Tit. 14. §. 22.* Bey Moderation derer Gebühren muß der Referent in jeder Instantz darauf Achtung geben ob der Aduocat redlich gehandelt und eine gerechte, oder wenigstens zweifelhafte Sache defendiret habe; oder aber ob die Sache offenbahr unleugbar ungegründet ob er die Remedia widerrechtlich ergriffen, und unnöthige Incident-Punkte formiret, auch die Schriften mit vielen Recoctis und unnöthigen Allegationen weitläuftig gemacht habe. Erstern falls soll denen Aduocaten ohne höchst nöthige Moderation das liquidirte Quantum passiret werden, letztern falls aber soll dessen Honorarium, nebst dem Duplo, jedesmahl der Sportul-Casse zugesprochen werden, und soll von dergleichen Sentenzen kein Remedium statt haben.

ſed demum cum per annum præſtitum fuerit debeatur. Lex 1. §. 13. *D. de extraordinariis cognitionibus* autem non de ſalario promiſſo, ſed iam ſoluto loquitur. Iura vero facilius concedunt retentionem, quam actionem (209). Deinde quod ſingulari beneficio aduocatis Fiſci indultum fuit, ad omnes aduocatos extendi nequit (210). Immo quid opus fuiſſet illud quibusdam tanquam ius ſingulare concedere, ſi idem quoad reliquos obtineret? Quæ enim generaliter obtinent, legislatores iure quodam ſingulari certis perſonis largiri non ſolent. Demum ab annuo, quod ſimpliciter, non habito reſpectu ad cauſſam futuram debetur, ad annua ſalaria, quæ non abſolute, ſed intuitu ſeruitiorum & laborum ſoluuntur, non valet conſequentia (211).

Obſ. 117. ad §. XII.

Palmarium) Moris erat apud Romanos, vt cauſidici palmis foribus eorum a clientibus affixis honorarentur. Hinc cum honora-

(209) *l. 47. D. de Obl. & Action.*
(210) *Arg. l. 14. D. de Legib.*
(211) VOETIVS *h. t. §. 8.* STRYCK *Diſſ. de anno gratiæ Cap. 2. n. 6. ſeq.* BOEHMERVS *Diſſ. de anno deſeruito & ſalario promerito Cap. 2. §. 4. ſeq.*

norario aliquando palmarium id est pecuniam pro victoria causæ veluti palmam accipiebant (212) Quæ palmaria in Saxonia Electorali penitus interdicta sunt (213).

Obs. 118. ad §. XIII.

Eo casu) Rectius alii indistincte repetitioni locum faciunt, ne alioquin magna ex parte cessaret pœna temere litigantibus ob calumniam imponenda (214).

✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡

Liber. III. Titulus II.

De

His qui notantur infamia.

Obs. 119. ad §. IV.

Cessat) Sustulit nimirum ius Canonicum pœnam infamiæ (215). Igitur si absque indulgentia principis intra annum lu-

(212) BRVMMERVS *l. c. Cap. 9. n. 8 seq.* LAVTERBACH *Diss. de palmariis aduocatorum.* KÜNHOLD *Diss. de palmario aduocatis promisso.*

(213) ORD. RECOGN. *Tit. 3. §. 1.*

(214) VOETIVS *h. t. §. 7.*

(215) *Cap. 4. 5. X. de secund. nupt.*

ctus vidua nuptias reiterat, arbitrarie punitur, ac pœna pecuniaria aut carceris locum habet (216).

Obſ. 120. ad §. IV.

Applicari.) Prætor eos tantum notauit, qui artes ludicras exercebant (217). Athletæ vero artem ludicram non faciunt. Virtutis enim gratia hoc faciunt. Immo neque thymelici, neque exyſtici, neque agitatores, neque qui aquam equis ſpargunt, ceterique omnes, qui ludis ſacris in Deorum honorem inſeruiebant, ignominioſi habentur (218). Igitur dispoſitio iuris romani noſtris moribus recte applicatur ad hiſtriones, funambulos, agyrtas, qui omnem honeſtatem & pudorem eiurantes venalem animam gerunt & artibus ludricis aliorum luxuriæ inſeruiunt eosque pecunia emungunt. Nam de iure germa-

(216) VOETIVS *l. c. Tit. de rit. nupt.* §. *98.* BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. 4. Tit. 21.* §. *17. ſeq.* BEIER *Diſſ. de concubitu intra tempus luctus Cap. 2.* §. *3. ſeq.*

(217) *l. 1. 2.* §. *5. l. 3. D. h. t.*

(218) *l. 4. D. eod.* HEINECCIVS *Diſſ. de leuis notæ macula* §. *23.* NOODT *ad Digeſta h. t. p. 117.* GVNDLING *ad Digeſta h. t.* §. *12. p. 275.*

germanico quoque tale hominum genus vile est atque infame. In Iure Prouinciali Saxonico (219) huc referuntur: Kämpfer, Leyrer, Spielleute. Et secundum leges Imperii porro huc pertinent. Die Quackſalber, Marckſchreyer, Landfahrer, Sänger und Reimenſprecher, eosque appellat Receſſus Imperii ein leichtfertig Volck (220), idque ob ſuſpicionem flagitiorum, quæ in illos cadit (221). Quod tamen hodie ad honeſtos Comicos & fabularum actores, quas operas vocant, non extendendum erit.

Obſ. 121. ad §. VII.

Concumbebat) Idem etiam dicendum eſſe videtur de eo, qui ſciens ab alio vitiatam duxit, quod probat dictum illud ſatis notum: Wer wiſſentlich eine Hure oder geſchändete nimt, iſt entweder ein Schelm, oder will einer werden. Verum cum hic occurrat vox wiſſentlich, eo ipſo indicatur, eum, qui ignorans ab alio vitiatam ducit, nullam infamiæ aut ſaltem leuis notæ

(219) *Lib. 1. Art. 37.*
(220) REC. IMP. *d. a. 1530. Tit. 158.*
(221) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 7. 8.* THOMASIVS *Caſib. Jurid. Part. III. Caſ. 2. p. 167. ſeq.* Conf. HVTH *Diſſ. de his qui notantur infamia.*

tæ maculam comitari. Nec hæcce paroemia ad illam spectat, quæ moribus alioquin honestis ab amante se subigi passa fuit vita emendatiore maculam eluens. Vox enim Hure, quæ descendit ab heuern, notat feminam corpus accepta mercede prostituentem, & sic illam non comprehendit. Vnde qui talem ducit, nec Collegio opificum recte ejicitur, nec dignitatis iacturam facit. Nisi aliud disponant leges & statuta. Tunc autem non aliter locum habebit paroemia, ac si quis societ sibi feminam prostituti pudoris, cum hoc ipso vilem & abiectum animum satis prodat (222). Quæ licet ita sint, statuit tamen Pontifex, vt omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint & in vxores duxerint, hoc in remissionem peccatorum proficiat (223).

Obs. 122. ad §. IX.

Carnifices) Apud Romanos carnifex in crucem agebat sontes & leui laborabat macula. Hinc carnifex propter vitæ sorditiem non ciuis sed peregrinus erat, quique

(222) HERTIVS *Lib. I. Paroem. 12.* BEIER *de Colleg. Opific. Cap. V. §. 9.*

(223) *Cap. 20. X. de sponsalib.*

que ne domicilium quidem in vrbe habebat (224). Moribus Germanorum antiquioribus executoris officium regulariter pertinuit ad decurionem aut scabinum vltimo loco adsidentem eratque in quibusdam locis receptum, vt iuniores oppidani fures suspenderent (225). Ex quo vero ius Romanum & Canonicum irrepserunt in mores, sicque de integritate existimationis eiusmodi executorum dubitari cœpit, hoc munus viliori personæ fuit demandatum, factumque est, vt carnificibus & maxime excoriatoribus leuis macula hærere crederetur, quæ eos eorumque liberos a collegiis opificum excluderet (226).

(224) SIGONIVS *de antiqu. ciu. roman. iur. Lib. 2. Cap. 15.* HEINECCIVS *cit. Diss. de leuis notæ macula §. 33.*

(225) BRVMMER *de Scabinis Cap. V. §. 9. Cap. VIII. §. 18.* GVNDLING *ad Digestæ h. t. p. 291.*

(226) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 3. 4.* ADRIAN. BEIER *de Colleg. Opific. Cap. V. §. 4.* IDEM von Scharfrichtern und Schindern. ORD. POLIT. MAGDEB. *Cap. 26. §. 3.* KAESTNER *Diss. de carnifice fama non laborante.*

Obſ. 123. ad §. IX.

Lictores) Quemadmodum carnifex apud Romanos in crucem agebat ſontes (227) : ita reliqua ſupplicia ſumebant lictores, quorum muneri nulla inerat turpitudo; potius eo tanquam dignitate aliqua ſibi placebant, idque officium adſcribebant titulis (228). Sed noſtris moribus ob profeſſionis vilitatem leuiter notati creduntur & ad opificia non admittuntur (229) Eadem macula in pleriſque locis eorum liberis hæret, quod etiam probatum fuit in Ducatu Magdeburgico (230). Nouiſſimis tamen Imperii legibus ſancitum fuit, vt ſi illi, quibus ob profeſſionis vilitatem macula hæret, honeſtum vitæ genus elegerint illudque cum liberis minimum 30 annos continuauerint ad opificia admitti debeant. Excipiuntur vero

(227) *Obſ. 122.*

(228) HEINECCIVS *l. c. §. 33.*

(229) STRYCK *Vſ. Mod. Pand. h. t. §. 5.* Et meminit BRVNNEMANN. *Comment. ad Pand. ad rubrum huius Tituli n. 7.* lictoris filio ad ſacrum miniſterium adſpiranti a ſtulta plebe vitium natalium ſtulte obiectum fuiſſe.

(230) ORD. POLIT. MAGD. *Cap. 26. §. 3.*

vero excoriatores eorumque liberi vsque ad secundam generationem (231).

Obs. 124. ad §. IX.

Spurii) Qui apud Romanos nec tribu mouebantur, nec a dignitatibus excludebantur (232). Jure Germanico autem habebantur infames rechtloß (233). Neque præcoces die Frühlinge melioris erant conditionis (234). Sed hodie parentum vitium maculam adspergere liberis existimant, qui ideo ab opificiis excluduntur, nisi principis rescripto legitimati fuerint (235).

Obs. 125. ad §. X.

Parentibus) Cum opificia, quæ suis non gauderent collegiis, ab omnibus promiscue exerceri possent, factum est, vt

(231) CONST. IMPER. *d. a. 1731. §. 4.*

(232) THOMASIVS *Diss. de vs. Pract. Doctrin. Inst. de Legitimatione Cap. 1. §. 3.* HEINECCIVS *cit. Diss. §. 32.*

(233) JVS PROV. SAX. *Lib. 1, Art. 37.*

(234) JVS PROV. SAX. *l. c. Art. 36.*

(235) HEINECCIVS *l. c. §. 34.* IDEM *Diss. de Collegiis & Corporib. opificum Cap. 2. §. 13.*

ea sola, quæ in corpora coaluerant, honesta dicerent ehrliche und zünftige Handwercke, reliquis vero maculam adspergerent & ne quidem eorum a quibus exercebantur liberos in tribus & collegia sua admitterent (236), donec sublata absona hac consuetudine iis legibus Imperii prospiceretur (237).

Obs. 126. ad §. XII.

Concurrat) Quia hic subest talis caussa, quæ ipsum delictum minuit. Sed si mitior pœna irrogetur ex alia caussa, quæ per se illud non minuit, veluti propter intercessionem, aut merita maiorum, tempore elapso manet infamia (238).

Liber.

---

(236) Inde in prouerbio dicitur: Die Aembter und Zünfte müssen so rein seyn, als wenn sie von Tauben gelesen worden. HERTIVS *Lib. I. Par. 14.*

(237) CONST. IMP. NOV. *d. a. 1731. §. 4.* HEINECCIVS *l. c. §. 30.* IDEM *Diss. de Collegiis & Corporibus Opificum Cap. 2. §. 14.*

(238) BRVNNEMANN. *ad l. 3. C. h. t.*

Liber. III. Titulus III.
De
Procuratoribus & Defensoribus.

Obs. 127. ad §. V.

Libera) Hac formula: Ich gebe meinem Anwalde freye Macht und Gewalt, alles dasienige bey dieser Sache zu verrichten, was ich selbst, wenn ich zu gegen wäre, verrichten könte oder wolte. Licet vero adiecerit mandans: Solte auch meinem Anwalde mehrere Gewalt, als hierinnen ausdrücklich begriffen, nöthig seyn, will ihm solche auch in denen Fällen, welche ein speciale mandatum erfordern gegeben und mitgetheilet haben: tamen hæc clausula otiosa est, quia eum in praxi non producit effectum, vt procurator ea, quæ speciale mandatum requirunt, expedire queat, licet mandato subiecta fuerit nonnullis expressis (239).

Obs. 128. ad §. VII.

In integrum) Cessat enim impedimentum

(239) BOEHMERVS *Iur. Eccles. Protest. Lib. I. Tit. 38. §. 2. seq.* Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 4. §. 4.*

tum restitutionis in integrum, ex quo minor XXV. annis pro sua persona in iudicio stare nequit (240). Sed moribus obseruatur ius Canonicum, nisi procuratoris officium publicum sit (241).

Obs. 129. ad §. VII.

Prohibiti) Immo erant prohibiti. (242). Nec Justinianus illos admisit, si aperte constat de eorum infamia (243).

Obs. 130. ad §. VIII.

Denegatur) Iure Canonico certum est; 1) posse ab vno plures procuratores ad litem vnam constitui, 2) plures simpliciter datos non aliter, quam coniunctim zugleich procedere posse. Igitur si coniunctim & in solidum constituuntur, singuli caussam tractare possunt, ita tamen, vt potior sit conditio occupantis, id est, vno litem occupante, reliqui excludantur. Sed si coniunctim & separatim plures assumuntur samt und sonders, eo qui litem occupauit, nolente vel impedito, alter negotium

(240) *l. 2. C. de his qui person. legitim. l. 23. D. de Minor.*
(241) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 24.*
(242) PAVLVS *Lib. 1. Sentent. Tit. 2. §. 1.*
(243) VINNIVS *ad §. fin. Inst. de Except.*

gotium perficere potest (244) In Saxonia Electorali, quibuscunque verbis constituti, coniunctim & separatim samt und sonders constituti censentur (245).

Obs. 131. ad §. X.

Pertinent) Frustra enim mandans ratihabitionem promittit, cum ea quæ mandauit ipsi displicere nequeant. Promissio vero indemnitatis ideo est superflua, quia actione mandati contraria tenetur mandatario ad indemnitatem (246).

Obs. 132. ad §. XII.

Censentur) Iure Ciuili vltra secundum gradum in linea collaterali non admittuntur (247) Adfines vero in eodem gradu quo consanguinei admitti verius est (248). Saxones autem id accipiunt de solo socero & genero, qui tamen pro socru etiam & so-

(244) BOEHMERVS *Iur. Eccles. Protest. Lib. I. Tit 38. §. 14.* BERGER *Oecon. jur. Lib. 4. Tit. 9. §. 3.* Anleitung zum Proceß *l. c. §. 5.*

(245) ORD. RECOGN. *Tit. 7. §. 3.*

(246) Anleitung zum Proceß *l. c. §. 3.*

(247) Quod etiam in terris Prussicis obtinet COD. FRID. *Part. 1. Tit. 15. §. 13.*

(248) *l. 35. pr. D. h. t.* LAVTERBACH. *Colleg. Pandect. h. t. §. 22.*

& ſocer pro nuru comparere poteſt. Feminæ autem repelluntur, quia procuratorum partes ſuſtinere nequeunt (249).

Obſ. 133. ad §. XIV.

Agatur) Quia ſcilicet lis non ſpectat ad ſingulos, etiam non ſunt litis conſortes. Si vero tales non ſunt, vi præſumti mandati admitti nequeunt (250). Quod vero litis conſortes etiam ante litis conteſtationem vi præſumti mandati comparere poſſint, euicit BERLICHIVS (251).

Obſ. 234. ad §. XVI.

Poſſet) Inde formant regulam: Quicunque vel natura impediuntur, vel iure prohibentur, ne verum procuratorem ad litem conſtituere poſſint, adeoque eius conditionis ſint, vt ab aliis geſta ratiha-

(249) Anleitung zum Proceß *l. c. §. 6. 7.* Conf. PERILLVSTRIS CARRACH *Diſſ. de femina procuratrice in litem.*

(250) SCHILTER *l. c. Exerc. 10. §. 50. ſeq.*

(251) *Part. I. Concluſ. 14. n. 54.* Nec obſtat *l. 2. C. de conſort. eiusd. lit.* Quia non de litis conteſtatione, ſed eius ordinatione id eſt inſtitutione actionis loquitur. CVIACIVS *Paratit. C. cit. Tit.* PEREZ. *ad Codicem eod. §. 2.*

tihabere nequeant, eorum nomine coniunctus ad cautionem rati non admittendus est. Sed aliud obtinet in Saxonia Electorali (252), vbi etiam pro pupillo, minori & femina aliquis vi præsumti mandati sub cautione tamen rati in iudicio admittitur. Nam deinceps cum auctoritate tutoris vel curatoris, pupilli, minores ac feminæ defensoris acta ratihabere possunt (253).

Obs. 135. ad §. XVII.

Præstetur) Quodsi igitur gesta is, pro quo alter comparuit, ratihabere nolit, committitur cautio & qui cauit in expensas condemnatur.

Obs. 136. ad §. XVIII.

Iudicis) Scilicet eius, cui bona immobilia subiecta sunt, quæ obligat, dum de rato cauet procurator. Potest vero etiam pignoribus in iudicio depositis cauere.

Obs.

(252) ORD. RECOGN. *Tit.* 7. §. 3. ibi: Und mögen selbige und andere dergleichen Personen auch vor Unmündige, ingleichen vor Weibes Personen wohl erscheinen.

(253) BERGER *Elect. Discept. forens. Tit.* 7. *Obs.* 1. *n.* 5. Anleitung zum Proceß *l. c.* §. 7.

Obſ. 137. ad §. XIIX.

Sufficit) In Terris Pruſſicis tamen charta blanca ein Blanquet omnino ſufficit, modo eam principalis ſubſcripſerit ac ſubſignauerit, illique mandatum typis exſcriptum eine gedruckte Vollmacht adiecerit (254).

Obſ. 138. ad §. XXI.

Excipit) Putat enim hodie dominium litis transferri in procuratorem & ſic ad euitandam infamiam fauore rei in procuratorem ſententiam ferri poſſe (255). Sed falſo principio deſtructo, etiam facile corruit concluſio (256).

Liber.

---

(254) COD. FRID. *Part. I. Tit. 15. §. 4.* ibi: Wann einem Advocaten eine Blanquet zu Betreibung einer Sache unterſchrieben und geſiegelt zugeſchicket wird, iſt es genug, wenn eine gedruckte Vollmacht dem Blanquet beygeleget wird. Anleitung zum Proceß *l. c. §. 1.* ENGELBRECHT *Diſſ. de charta blanca.*

(255) GAILIVS *Lib. 2. Obſ. 102. n. 7.*

(256) BOEHMERVS *Diſſ. de dominio litis.* Ceterum ad hunc titulum conferri poſſunt HOFMANN *Diſſ. de origine & conditione procuratorum.* BOEHMERVS *Diſſ. de poteſtate procuratoris in cauſſis criminalibus.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0092
DFG

Liber. III. Titulus IV.

Quod cuiuscunque vniuersitatis nomine vel contra eam agatur.

Obs. 139. ad §. III.

Maiora) Sunt vero etiam tutores & curatores aduocandi. Nec admittitur syndicus, nisi simul cum syndicatu tutoria & curatoria producat (257).

Obs. 140. ad §. IV.

Tenentur) In vniuersitate ordinata, cui certus ordo præest, sufficit, si sigillum vniuersitatis sine subscriptione adpositum fuerit (258). Sed in aliis vniuersitatibus ita non ordinatis, ad syndici constitutionem omnia membra concurrere suaque subscriptione syndicatum munire debent, licet commune sigillum habeant (259).

(257) BERGER *Oecon. iur. Lib. 4. Tit. 10. §. 2. n. 3.* STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t. §. 10.*

(258) CARPZOV. *Lib. 3. Resp. 9.*

(259) LYNCKER *de Form. procur. Cap. 2. §. 26.* Anleitung zum Proceß *l. c. §. 11.*

COD.

Obs. 141. ad §. IV.

Obstringitur) Nisi probet, vniuersitatem bona immobilia communia gemeine Güther possidere (260). Sed licet hæc in Saxonia Electorali non possideat, tamen hodie a cautione liberatur (261). In terris Prussicis quoque renunciatione beneficiorum diuisionis & excussionis non opus est (262).

Obs. 142. ad §. V.

Possit) Sed cum ius Canonicum inter syndicos & procuratores non adeo di-

stin-

COD. FRID. *Part. I. Tit. 15. §. 7. 8.* ibi: Die syndicate aber, oder Vollmachten, welche von Communen in Städten und Dörfern ausgestellet worden, sollen keine Kraft haben, wo sie nicht von den meisten Theil und wenigstens zwey Drittheil der Gemeinde entweder gerichtlich oder in Beyseyn eines recipirten Notarii unterschrieben worden. Bey denen Stiftern soll das Syndicat mit des Collegii Siegel bedruckt und von dem Decano, oder in dessen Abwesenheit von dem Seniore unterschrieben, bey denen Clöstern aber mit deren Siegel befestiget und von dem Abt oder Probst nebst denen beyden ältesten Conuentualen unterzeichnet werden.

(260) BERGER *l. c. §. 1. n. 5.*

(261) ORD. RECOGN. *Tit. 7. §. 6.* Anleitung zum Proceß *l. c. §. 9. seq.*

(262) COD. FRID. *Part. I. Tit. 15. §. 8.*

stinguat & præterea syndici sint procuratores (263); verius videtur, ius Canonicum idem, quod de pluribus procuratoribus sanxit, etiam intellectum voluisse de pluribus syndicis. Igitur plures indistincte dati non aliter quam coniunctim admittendi sunt (264).

Obs. 143. ad §. VI.

Nota) Pro senioribus ex vniuersitate militat præsumtio, eos rem melius cognitam habere, quam iuniores. Hinc & hi admittuntur, si iis res, de qua controuertitur, æque ac senioribus cognita sit (265).

(263) *l. 6. §. fin. D. de Procurator.*

(264) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. I. Tit. 39. §. 4.*

(265) CARPZOV. *Part. I. Const. 13. Def. 2.* Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 13. §. 22.* COD. FRID. *Part. III. Tit. 30. §. 26.* ibi: Würde einer Gemeinde oder einem gewissem Collegio der Haupt-Eyd oder ein anderer Eyd deferiret, stehet dem Deferenten frey, einige membra und unter denselben auch den Syndicum und Stadtschreiber zu Ablegung solches Juramenti zu erwählen. Weil aber der Deferente öfters diejenigen, welche die wenigste Wissenschaft von der Sache haben, folglich den Eyd abzuschweren Bedencken tragen, zu wählen pfleget, so stehet dem Richter frey, præuia cauſ-

sae

*** *** ***

Liber. III. Titulus V.

De

Negotiis gestis.

Obs. 144. ad §. II.

Furiosum) Pupillum, prodigum, infantem, eum qui est in vtero, quia hic obligatio non oritur ex consensu reciproco, sed ex re, id est lege seu æquitate (266).

Obs. 145. ad §. III.

Obligor) Sed aberrant a ianua, qui hoc sensu verba cit. §. *1. Inst.* accipiunt, quæ potius manifestam exactissimæ diligentiæ descriptionem continent. Verius itaque est, ex regula negotiorum gestorem ad exactissimam diligentiam obligari. Nam 1) eam diserte requirit Imperator in cit. §. *1. Inst.*

---

sae cognitione andere ex officio dazu zu benennen. Wann der Deferente keine gewisse Membra benennet, müssen die Aeltesse, oder diejenigen die die meiste Wissenschaft von der Sache haben, dazu deputiret werden, welches der Pflicht und Gewissen der Communen überlassen wird.

(266) AVERRANI *Lib. 2. Interpretat. Cap. 7. n. 5.*

Inst. 2) eandem praestare tenetur depositarius, qui se depositio obtulit (267), & 3) hac ratione negotiorum gestor a coherede distinguitur (268), qui saltim leuem culpam praestat (269).

Obs. 146. ad §. VI.

Auia) Haec quaestio non iuris, sed facti est. Nam praesumitur in dubio, matrem vel auiam ex lege pietatis id de suo praestitisse. Eliditur vero haec praesumtio, si impensae in librum rationum relatae fuerint, vel alias de voluntate contraria manifeste constet (270).

---

(267) *l. 1. §. 35. D. Depositi.*

(268) *l. 25. §. 16. D. famil. herciscund.*

(269) *l. 24. C. de Vsur.* Nec obstat *l. 20. C. h. t.* quia ibi tantum Imperator de leui culpa consultus fuerat. NOODT *ad Digesta p. 152.* IDEM *Lib. IV. Probabil. Cap. 3.* CRELL *Diss. de omni culpa in negotiorum gestionis iudicio praestanda.*

(270) *l. 34. D. h. t.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0097 DFG

Liber. III. Titulus VI.

De

Calumniatoribus.

Obſ. 147. ad §. II.

Pecunia) Vox dare in hoc Edicto non ſolum ad eum pertinet, qui dedit pecuniam, ſed etiam qui aliud dedit pro pecunia (271), vel ſi calumniator aliquid compendii propter hoc ſenſit (272), veluti ſi gratuita pecunia vtenda data, res minoris locata aut vendita fuerit (273).

Liber. IV. Titulus I.

De

In integrum reſtitutionibus.

Obſ. 148. ad §. I.

Magiſtratu) Sed iure & moribus Belgii ac Franciæ a ſolo principe vel ſumma

(271) *l. 1. §. 4. D. h. t.*
(272) *l. 3. pr. eod.*
(273) *l. 2. eod.*

ma reipublicæ potestate quæuis restitutio peti debet, a qua ad iudicem ordinarium causſa omnis & rescissio & actio redintegranda remittitur (274).

Obſ. 149. ad §. III.

Petitur) In foro contractus iure Romano tantum agitur ad implementum. Sed quia restitutio est distractus, ei in hoc foro locus esse non potest. Jure tamen quo vtimur admittunt restitutionem, si in foro contractus aduersarius reperiatur (275).

Obſ. 150. ad §. V.

Debent) Hinc etiam executio sententiæ suspenditur (276). Sed si præsumtio malitiæ adsit, sententia executioni mandatur, modo aduersarius cautionem de re in casum victoriæ restituenda præstet (277).

(274) SIMON VAN LEVVEN *Cens. forens. Lib. 4. Cap. 40.*

(275) SCHILTER *Exerc. II. §. 10.*

(276) *l. vn. C. in integr. restit. post.*

(277) *Cap. 6. X. de restit. in integr.*

*** *** ***

Liber. IV. Titulus II.

Quod metus cauſſa geſtum erit.

Obſ. 151. ad §. II.

Libera) Jure naturali promiſſiones metu extortæ nullæ ſunt, quia nec ius cogendi nec acceptandi penes metum inferentem eſt. Sed cum Prætor contractus ſtricti iuris ob metum iniuſtum non eſſe intelligeret, ex æquitate metum paſſis ſuccurrendum eſſe cenſuit. Prouti autem Germani diſtinctionem actionum ſtricti iuris & bonæ fidei ignorarunt: ita tota hæc de metu doctrina apud eos nunquam recepta fuit, & promiſſiones metu extortæ pro nullis habuerunt ſemper (278).

Obſ. 152. ad §. V.

Scripta) Sed quia diximus, hodiernis moribus promiſſionem vi metuque extortam

(278) GVNDLING. *Diſſ. de efficientia metus Cap. 2.* BOEHMERVS *Diſſ. de exceptione metus iniuſti in ſtatu naturali & ciuili.*

tam ipso iure nullam esse (279): consequens est, vt cum dominium non translatum sit, actione reali quiuis possessor rei per metum amissæ pulsari queat (280).

Liber. IV. Titulus III.

De

Dolo malo.

Obs. 153. ad §. III.

Subsistit) Sed verius videtur, omnes contractus bonæ fidei fu isse nullos, siue dolus inciderit, siue iisdem causſam dederit. Nihil enim magis bonæ fidei contrarium est, quam dolus (281). Nec obstat cit. *l. 13.* §. 4. In ea lege enim dicitur, posse emtorem contra decipientem actione quanti minoris experiri. Sed inde non sequitur, quod emtor contractum nullum dicere nequeat. Contrarium docet PAVLVS (282), dum asserit, posse emto-

F 5

(279) *Obs. 151.*
(280) GVNDLING *ad Digesta h. t. p. 354.* BEIER *h. t.* §. 5.
(281) *l. 116. D. de reg. iur.*
(282) *Lib. 2. Sententiat. Tit. 17. §. 6.*

emtorem agere quanti minoris, nisi seruum venditum redhibere malit. Quo facto a tota emtione receditur eaque nulla est (283).

Obs. 154. ad §. III.

Opus est) In stricti enim iuris negotiis sibi quisque imputare debebat, quod non specialem stipulationem, dolum malum abesse abfuturumque esse adiecerit. Primus fuit GALLVS AQVILIVS, qui edixit: Quod dolo malo gestum erit, ratum non habebo.

Obs. 155. ad §. IV.

Interesse) Quod a decepto per iuramentum in litem sub moderatione tamen iudicis æstimandum est (284).

Obs.

---

(283) NOODT *de form. emendand. dol. mal. Cap. 9.* BOEHMERVS *de Actionib. sect. 2. Cap. 11. §. 38.* Dissentiunt tamen ILLVSTRIS REVTERVS *in Dissertatione de doli incidentis & causſam dantis in contractibus effectu sub Præsidio* ILLVSTRIS NETTELBLADTII *Halæ ao. 1744. habita. Et* LVDOVICI *Diss. de dominio ex contractu doloso non translato §. 15. seq.*

(284) *l. 18. D. h. t.*

Obſ. 156. ad § V.

Infamat) Licet vero ſint, qui actionem doli hodie non infamare exiſtiment, cum actionis nomen nec libello nec ſententiæ inferatur, adeoque non conſtet, qua ratione quis conuentus vel condemnatus fuerit: tamen facile eſt ad intelligendum, condemnatum infamiæ notam effugere non poſſe, ſi actor dixerit in libello, ſe a reo deceptum vel doloſe circumuentum eſſe. Tunc enim iudex citra nominis expreſſionem facile aduertet, doli actionem fuiſſe inſtitutam. Sed ſi omiſſa doli mentione ſimpliciter factum & ex eo redundantem læſionem allegauerit eiusque reparationem petierit actor, infamia non ſequitur condemnatum (285).

Liber. IV. Titulus IV.

De

Minoribus viginti quinque annis.

Obſ. 157. ad §. I.

Annum) Quod lege Lætoria inductum fuiſſe nouimus (286). Quæ Lex ideo

(285) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h, t, §. 2.*
(286) *l. 2. C. Theodoſ. de Donat.*

PLAVTO quinauicenaria audit (287). Vero enim est simile, LAETORIVM cum aliis credidisse, longissimum vitæ humanæ terminum seculum esse (288), indeque primum eius quadrantem iuuentuti tribuisse (289).

Obs. 158. ad §. I.

Homines) Frustra omnino est CARPZOVIVS (290) dum statuit, Saxones ideo anno XXI. ætatis maiores fieri, quod aliquando maturius sapiant, quam reliqui Germani. Nam vero videtur simile, nullum certum tempus vetustissimos Germanos habuisse, sed ex virili vigore maiorem ætatem diiudicasse (291). Postea Teutones plerique elegerunt annum XVIII. vel XX. Quæ ætas XX. annorum & placuit Saxonibus. Sed ex Legibus Normannorum constat, anno XX, vnum adhuc annum addi & relinqui debuisse iuueni,

(287) PLAVTVS *in Pseud. Act. 1. Scen. 3. v. 69.*

(288) *l. 56. D. de Vsufructu.* PLINIVS *Lib. VII. Histor. Natur. Cap. 4.*

(289) GVNDLING. *ad Digesta h. t. §. 4. seq.*

(290) *Part. 2. Const. 11. Def. 9. n. 2.*

(291) TACITVS *de moribus Germanorum Cap. 13.*

ni, vt si forte læsus esset in minori ætate, anni supereſſet spatium, intra quod agere posset, resque temere alienatas aut perditas reuocare (292). Vnde hic annus etiam dictus fuit, das Schreyjahr (293). Demum vero siue inscitia, siue fauore factum est, vt hunc annum vicesimo adglutinarent nouaque restitutionis tempore effingerent (294).

Obs. 159. ad §. V.

Lapsus) Si fideiussor simpliciter datus, per minoris restitutionem etiam liberatur. Sublata enim obligatione principali, tollitur quoque accessoria (295).

Obs. 160. ad §. VII.

Consummauit) Facilius igitur datur contra

(292) DE LVDEWIG *Diss. de ætate puberum & maiorum Cap. 3. §. 8.*

(293) CELEB. PVTTER *Elem. Jur. Germ. Priu. §. 198. Schol. 1.*

(294) DE LVDEWIG *Comment. ad Aur. Bull. Tom. I. p. 734. seq.*

(295) *l. 51. D. de Procurator. l. 89. D. de acquir. heredit.* Nec obstat *l. 13. pr. D. h. t.* quia de eo casu loquitur, si hac ratione fideiussor pro minore interceſſerit, vt si hic ætatis beneficio vteretur, soluerer. HVBERVS *Prælect. ad Pand. h. t. §. 5.*

tra sponsalia pure etiam contracta, veluti si puellæ graue exinde damnum immineat & sic læsio probari possit (296).

Obs. 161. ad §. VII.

Pertinentibus) Veluti mercator in mercatura, Doctor iuris in iis, quæ iuris sunt. Quod secus se habet, si errore facti lapsi fuerint, cum hoc etiam prudentissimos fallere possit (297).

Obs. 162. ad §. VII.

Confirmauit) Hoc enim iuramentum restitutionis beneficium excludit. Quod itaque ad contractus puberum ipso iure nullos trahi nequit, veluti si alienatio prædiorum sine Decreto magistratus facta iureiurando firmata fuerit. Nec hoc sacramento minorum excluſa censeri debent remedia maioribus competentia, vti doli & metus actio, cum minoribus denegandum non sit, quod maioribus indultum est (298). Verum apud Italos, Hispanos,

(296) LEYSER *Med. ad Pand. sp. 295. Med. 8.* BOEHMERVS *Diss. de restitutione contra sponsalia pura minorum.*

(297) VINNIVS *Lib. I. Quæstion. Selectar. Cap. 13.*

(298) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 14. seq.*

panos, Gallos, Belgas aliosque populos non obstante iuramento restitutioni locus datur (299), idque iustissima ratione. Nam eodem ætatis lubrico eademque facilitate, qua ad contrahendum in substantiæ suæ perniciem inducuntur minores, etiam ad contractus suos iureiurando muniendos instigari possunt ac permoueri (300).

Obs. 163. ad §. IIX.

Nequeant) Quod Iustinianus etiam ad hypothecam extendit (301). Sed hoc casu restitutionis beneficio opus non habet. Cum enim nulla sit alienatio, ea frustra rescinditur (302).

Obs.

---

(299) VOETIVS *l. c. §. 48.*

(300) Dissentit cum WISSENBACHIO *h. t. n. 23.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. XIX.* & putat, in omnibus casibus iuramenta minorum seruanda esse, in quibus idem maioribus incumbit, cum AVTHENTICA generaliter concepta sit, super contractibus scilicet quibusuis, etiam videlicet iure ciuili inualidis. Sed verba textus non retractandis satis arguunt, contractum substitisse ab initio. Quod enim nullum est non retractatur. HVBERVS *l. c. h. t. §. 11.*

(301) *l. 3. C. de his qui ven. ætat.*

(302) VOETIVS *l. c. h. t. §. 5.*

Obſ. 164. ad §. IX.

Maiorennitatis) Licet vero Saxonum iure minor ætas anno XXI. finiatur (303): tamen ſunt, qui putant, quadriennium ab anno demum XXV. completo currere, vt quam minime a iure Romano recedatur (304). Sed verior videtur eorum ſententia, qui ab anno XXI. completo vsque ad initium anni XXVI. illud currere exiſtimant. Hocce enim quadriennium, intra quod reſtitutio petenda eſt, cum ipſa maiorennitate currere incipit (305). Moribus Belgicis aliisque decennium obtinet (306).

Liber.

---

(303) *Obſ. 158.*

(304) BERLICH. *Dec. 6.* SWENDENB. *ad* ECKOLTVM *h. t. §. 4.*

(305) COLERVS *Dec. 19.* STRVVIVS *Exerc. 8. §. 64.* SCHILTER *Exerc. XI. §. 27. ſeq.* BERGER *Oecon. Jur. Lib. III. Tit. 15. §. 15. n. 8.*

(306) PEREZ *ad Codicem Tit. de Tempor. in integr. reſt. n. 2.*

Liber. IV. Titulus. VI.

Ex quibus cauſſis maiores XXV. annis in integrum reſtituuntur.

Obſ. 165. ad §. II.

Militum) Pertinent huc etiam militum vxores, medici (307), quique iis opera ſua inſeruiunt, eos ducunt, reducunt, aut legendos curant (308).

Obſ. 166. ad III.

Debet) Sed pertinet illud remedium ſaltim ad præſcriptionem currentem interrumpendam. Reſtitutio vero datur, ſi impleta ſit vſucapio. Vnde hæc tunc primum erit neceſſaria, ſi quis interpellationem omiſerit (309).

(307) *l. 32. §. 2. D. h. t.*

(308) *l. 35. pr. D. eod.*

(309) TITIVS *Jur. Piuat. Lib. II. Cap. 10. §. 14.* Immo manifeſtum eſt ex *l. 2. C. de annal. except.* Juſtinianum ſaltem licentiam dediſſe præſenti, hoc vtendi remedio, non vero ſanxiſſe, vt eo omiſſo priuetur reſtitutionis beneficio.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0109 DFG

Obſ. 167. ad §. IV.

Explicant) Scilicet edixit Prætor in illa lege, quod reſtituere velit abſentem, ſi quæ alia ipſi iuſta cauſſa viſa fuerit edicto non expreſſa. Et hoc ſæpiſſime factum eſſe ſcribit ICtus, ſiue abſens procuratorem habuerit, ſiue non. Igitur indicat vox ſæpiſſime, id non ſemper fuiſſe factum; ſed interdum propter iuſtam cauſſam, veluti ſi per procuratorem defendi non potuerit, ſi procurator negligens inuentus, nec ſoluendo fuerit.

Obſ. 168. ad §. V.

Potui) Minime enim probabile eſt, hanc abſentiam Prætori iuſtam viſam fuiſſe, cum mercaturam non adeo magni fecerint Romani, atque multis legibus mercimonia coercuerint (310.) Alii tunc demum reſtitutioni locum faciunt, ſi ex abſentia mercatoris vtilitas in rem publicam redundet, veluti ſi peregre abeat merces ciuitati ſuæ vtiles vel neceſſarias adportaturus (311).

Obſ.

(310) AVERRANI *Lib. II. Interpretat. Cap. 13. n. 8. ſeq.*

(311) *Arg. l. 5. §. 3. D. de iur. immunitat.* Vbi reipublicæ cauſſa abeſſe dicuntur illi, qui annonam vrbis adiuuant.

Obſ. 169. ad §. VI.

Reſtituam) Nemo tamen prætextu huius clauſulæ ad reſtitutionem admittitur ob cauſſas in reliquis Edictis reiectas, veluti ſi quis metu inani compulſus fuerit ad ineundum contractum (312).

Liber. IV. Titulus. VII.

De

Alienatione iudicii mutandi cauſſa facta.

Obſ. 170. ad §. I.

Abundanti) Sed cum vtilis in rem actio contra eum, qui dolo rem deſiit poſſidere demum inducta fuerit SCto tempore HADRIANI condito (313): conſequens

uant. SFORT. ODDVS *de reſtit. in integr. Part. I. Qu. 17. Art. 16. n. 147.*

(312) HVBERVS *h. t. §. 5.* Conf. BRÜCKNER *Diſſ. de reſtitutione in integrum ex clauſula Prætoris generali: ſi qua alia mihi iuſta cauſſa videbitur.* TEXTOR. *Diſſ. de reſtitutione in integrum ex clauſula generali.*

(313) *l. 20. §. 6. D. de hereditat. petition.*

quens est, vt regula; quod is, qui dolo desiit rem possidere, pro possessore habeatur (314), vetere iure non obtinuerit, & tempore conditi Edicti is, qui rem dolo possidere desiit, pro possessore habitus non fuerit (315).

Liber. IV. Titulus VIII.

De

Receptis, qui arbitrium receperunt, vt sententiam dicant.

Obs. 171. ad §. III.

Potest) Proinde etiam hodie Abbatissæ superioritate territoriali gaudentes arbitrium recipere non prohibentur. Id tamen facile est ad intelligendum, eos, qui in feminas compromittunt, tacite iisdem facultatem substituendi dedisse, cum

(314) *l. 131. § D. de reg. iur.*

(315) *Diss. nostra de Prætore & iudice pedaneo Cap. 2. §. 12. Edit. Nou. d. a. 1756.*

cum sciant, feminas iurisdictionem per vicarios exercere solere (316).

Obs. 172. ad IV.

Moribus) Iudex pedaneus arbitrium recipere prohibebatur lege Julia (317), non vero magistratus (318). Quod confirmauit Jus Canonicum (319). Videndum tamen vtrum compromissum sit in iudicem qua talem, an qua priuatum? Hoc casu ab aliis arbitris haud distinguitur, nec vi iurisdictionis in illa caussa procedere potest. Illo vero in casu magis compromissum de forma & modo procedendi factum fuisse videtur, sicque vi iurisdictionis iudicat, ab eoque appellari potest, nisi appellationi renunciatum fuerit (320).

Obs. 173. ad §. V.

Potuisset) Et præterea compromisso stricte inhærendum sit. Sed BONIFA-

(316) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. I. Tit. 43. §. 2.*
(317) *l. 9. §. 2. D. h. t.*
(318) *l. 3. §. fin. l. 4. D. eod.*
(319) *cap. 5. 10. 13. X. eod.*
(320) MEVIVS *Part. 1. Dec. 98.* LAVTERBACH. *Colleg. Pandect. h. t. §. 24. 25.* IDEM *Diss. de arbitr. comprom. §. 21.*

CIVS VIII. aliud ſanxit, ſi qui nolint adeſſe, modo rite ſint vocati, nec legitimo impedimento detineantur, vt ſcilicet quæſtionibus ſeu controuerſiis finis celerius imponatur (321). In praxi dubia ſequimur ius Canonicum (322). Quod tamen alii non admittunt, ſed id ad terras eccleſiæ reſtringunt (323).

Obſ. 174 ad §. VI.

Conſenſerunt) Jus Ciuile enim ſemper minimam ſummam præfert (324). Licet æquius ſit, vt media ſententia valeat. Qui enim condemnauit in quindecim, conſentit quoque in decem. Vnde omnes tres quidem conſentiunt in quinque: ſed horum plures duo ſcilicet in maiorem ſummam (325).

Obſ. 175. ad §. IX.

Pacto) Si compromiſſum iure Romano per ſtipulationem initum fuerat; actio ex ſtipu-

(321) *cap. 2. h. t. in 6to.*

(322) B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controuerſ. h. t. Qu. 2.*

(323) LAVTERBACH. *cit. Diſſ. §. 25.*

(324) *Arg. l. 47. D. de Oblig. & action.*

(325) B. L. B. DE COCCEJI *l. c. Qu. 4.* LAVTERBACH. *Colleg. Pandect. h. t. §. 29.*

ſtipulatu comparata erat ad ſatisfaciendum ſententiæ (326). Si vero nudo pacto compromiſſum initum eſſet: reus vel abſolutus vel condemnatus erat. Priori caſu ſententia ope exceptionis robur habebat. Sed poſteriori in caſu eodem carebat effectu & executione, quia ex nudo pacto non dabatur actio, & ita reus, vt ſatisfaceret ſententiæ, actione compelli haud poterat. IVSTINIANVS vero ſanxit (327), vt actio in factum competat, ſi partes ſubſcripſerint ſententiæ, actio autem detur ad inſtar iudicati, ſi ſine ſubſcriptione ſilentio decem dierum confirmata fuerit ſententia. Quod ſi vero condemnatus intra decem dies proximos contradicebat ſententiæ, hæc proteſtatio id operabatur, vt ſententia omni effectu careret. Sed cum iure Canonico & moribus pacta ſimplicia vim ſtipulationis habeant: conſequitur, vt arbitrorum ſententia ſimpliciter valeat, nec vlla proteſtatione vel contradictione intra decem dies proximos interpoſita infringi poſſit (328).

Obſ. 176. ad §. X.

Enormem) Scilicet admittunt reductionem

(326) *l. 27. §. 2. D. h. t.*
(327) *l. pen. C. h. t.*
(328) BOEHMERVS *l. c. §. 12. 13. 14.*

nem ad arbitrium boni viri, id est iudicis ordinarii, si quis per sententiam arbitri enormissime læsus fuerit, modo petatur intra decem dies a tempore latæ sententiæ (329). Sed nata videtur hæc opinio ex confusione arbitrorum & arbitratorum, cum horum arbitrium reductioni subsit (330); non vero illorum (331). Cui tamen fauet ius Canonicum, quippe quod dicit; arbitrium tunc seruandum esse, si æquitati fuerit subnixum (332).

Liber IV. Titulus IX.

Nautæ, Caupones, stabularii vt recepta restituant.

Obs. 177. ad. §. II.

Q*uasi contractu)* Sed vel sola vox recepti indicat, non esse hanc actionem ex

(329) GAILIVS *Lib. I. Obs. 149.* LVDOVICI *Diss. de effect. & obligat. laud. §. 43.*

(330) *l. 76. D. pro Socio.*

(331) *l. 27. §. 2. D. h. t.*

(332) B. L. B. DE COCCEJI *l. c. Q. 7.* BOEHMERVS *l. c. §. 15.*

ex quaſi contractu. Requiritur enim conſenſus cauponis & eius, cuius res recipiuntur, qui tamen in quaſi contractibus ſaltem adeſſe fingitur. Et præterea contractus locati vel depoſiti concurrit (333), qui tamen nunquam concurrere poſſet, ſi quaſi contractus hic ſubeſſet. Vnde rectius ab aliis dicitur pactum prætorium.

Obſ. 178. ad §. III.

Caſu) Scilicet eiusmodi famulo ſeu miniſtro domeſtico a domino non commiſſum eſt, vt eius nomine iutuitu negotiationis contrahat. Vnde ſi non habeat ſpeciale mandatum, dominum nequaquam ſuo contractu obligat. Quod ſecus eſt quoad inſtitorem negotiationi præpoſitum.

Obſ. 179. ad §. V.

Diſtingue) Sed hæc diſtinctio in legibus fundata non eſt. Caſum enim nunquam præſtat caupo (134). Quod vero in cit. *l. 3. §. 1.* dicatur: etiam ſi ſine eius culpa res interierit; id tamen intelligendum erit de culpa leui. Caupo enim præ-

(333) *l. 3. §. 1. D. h. t.*

(334) *l. 3. §. 1. D. h. t.* KAESTNER *Diſſ. de damno fatali in caupona contingente.*

ſtat cuſtodiam id eſt diligentiam exactiſſimam (335) & ſic obligatur ad culpam leuiſſimam (336).

Obſ. 180. ad §. VI.

Conſueuerunt) Dum enim merces & perſonas recipiunt ac publice ſecuritatem & cuſtodiam profitentur: merito actione de recepto pulſantur. Si vero opera malorum hominum vtuntur, cur non propter malam electionem actione in factum conueniri poſſent (337)?

Liber.

---

(335) *l. 1. §. fin. l. 5. D. eod. l. 5. §. 5. D. Commodat.*

(336) *Diſſ. noſtra de Prætore & iudice pedanco Cap. 2. §. 14. Edit. Nou. d. a. 1756.*

(337) STRYCK *de Actionib. forenſ. inueſtig. ſect. I. Membr. 9. §. 35. ſeq.* MVLLERVS *ad* STRVVIVM *h. t. §. 106.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 3.* HARPRECHT *Diſſ. de actione vtili de recepto contra rhedarum meritoriarum exercitores, poſtarum magiſtros & quoscunque aurigas locum obtinente.*

Liber. V. Titulus I.

De

Judiciis & vbi quisque agere vel conueniri debeat.

Obſ. 181. ad §. V.

Summarium) Dicunt autem proceſſum ſummarium, vbi de ſimplici & plano, ſine ſtrepitu & figura proceditur, ſeruatis tantum ſubſtantialibus proceſſus, puta narratione facti, citatione, reſponſione, probatione, defenſione rei & ſententia Igitur proceſſus ordinarius, in quo ordo iudiciarius ad vnguem ſeruandus omniaque ſolemniter peragenda ſunt, pertinet ad regulam, ſummarius ad exceptionem (338). In Saxonia Electorali discrimen inter proceſſum ordinarium & ſummarium exulat, exceptis tamen cauſſis executiuis & poſſeſſorio ſummario (339). In terris vero

(338) *Diſſ. noſtra de Prætore & iudice pedaneo Cap. 2. §. 4. Edit. Nou. d. a. 1756.* Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 1. §. 1. ſeq.*

(339) ORD. RECOGN. Anhang. §. 1.

ro Prussicis processus in ordinarium & summarium diuiditur (340).

Obs. 182. ad §. V.

Referuntur) Caussæ voluntariæ iurisdictionis plane non admittunt processum, vt adeo frustra quæratur: an ordinarie, an summarie procedendum sit? Puncta vero incidentia non vt caussæ separatæ, sed vt accessoria actionis institutæ considerantur (341).

Obs. 183. ad §. IX.

Potest) Quia scilicet non cœtitas oculorum,

(340) COD. FRID. *Part. III. Tit. I. §. 1. seq.* ibi. Es werden in genere die Processe getheilet in summarios und ordinarios. Summarische Processe seyn, wann dieselbe eine Kleinigkeit betreffen, oder periculum in mora ist, oder die Sache auf klaren Briefen und Siegeln beruhet, und worinne von Mund aus in die Feder, oder wann die Zeit bey den Gerichte zu kurtz fället loco oralis von 3 zu 3, oder von 8 zu 8, oder von 14 zu 14 Tagen verfahren wird. Processus ordinarii seyn, wann die Sache wichtig und weitläuftig ist, insonderheit wann dieselbe auf viele Documenta beruhet, und worinnen schriftlich von 3 zu 3, oder von 4 zu 4 Wochen gehandelt werden muß.

(341) BRVNNEMANN *Processu Ciuili Cap. 12.*

lorum, sed mentis impedit iudicium. Neque hodie ipse iudex, sed actuarius praelegere solet sententiam. Quod tamen limitatur, si iudex versetur in caussa, quae ocularem inspectionem requirit. Hanc enim assessoribus vel delegatis committere debet (342).

Obs. 184. ad §. X.

Offerat) Auctor huius iuramenti est BONIFACIVS VIII. Non vero opus est, vt quis caussas suspicionis semiplene probet, sed sufficit, si timor generaliter, non caussa timoris exprimatur, & iudici de eo per iuramentum fides fiat (343).

Obs.

---

(342) WISSENBACH. *h. t.* §. 7. SCHILTER. *Exerc. X.* §. *23.* Putat autem STRYCK *de iure sensuum Diss. 2. Cap. 2. n. 2. seq.* distinguendum esse inter magistratum & iudicem. Sed illud discrimen nostris moribus cessat, & ratio, quod ius quaesitum ob calamitatem superuenientem aufferri non debeat, nullibi mutata apparet. Quid quod *l. 1.* §. *5. D. de Postuland.* diserte sancitum est, coeum coeptum magistratum quidem retinere posse, adspirari autem ad nouum penitus prohiberi.

(343) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 2. Tit. 2.* §. *72. seq.* Conf. PERILVSTRIS

Obſ. 185. ad §. X.

Fundamento) Dum ſcilicet in cit. *cap. 11.* de ſolo actore agatur & reus opponere poſſit exceptionem iudicis ſuſpecti. Sed ſufficit, non expreſſe excludi reum. Immo quod actori permittitur, reo denegandum non eſt (344), cum potiſſimum rei partes ſunt fauorabiliores, quam actoris (345).

Obſ. 186. ad §. XIII.

Deprehenditur) Vnde dicterium illud: vbi te inuenero, ibi te iudico. Quare vti nequit exceptione fori incompetentis. Si vero actor ignoret, quo in loco perſonaliter citari poſſit reus, per edictum vocatur, illudque affigitur in loco publico, vbi ſolitus eſt conuerſari (346).

Obſ.

LVSTRIS CARRACH *Diſſ. de eieranda eieratione bonæ ſpei.* IDEM *vindiciæ Diſſ. de eieranda eieratione bonæ ſpei.* BROCKES *Diſſ. de iuramento perhorrescentiæ eiusdem vſu practico.* STEGER *Diſſ. de iuramenti perhorrescentiæ vſu practico in foris Saxoniæ Electoralis.* PESTEL *de vſu iurisiurandi perhorrescentiæ.*

(344) *l. 41. D. de reg. iur.*

(345) *l. 125. D. eod.* BOEHMERVS *l. c.* §. 73.

(346) GAILIVS *Lib. I. Obſ. 57.* MYLIVS *Diſſ. de iure vagabundorum Cap. 4. n. 9. ſeq.*

Obſ. 187. ad §. XIV.

Imperatoris) Quia ſcilicet hoc vergeret in præiudicium ſuperioritatis territorialis, qua principes Imperii gaudent.

Obſ. 188. ad §. XIV.

Aulas) Nam beneficium primæ inſtantiæ omnibus ciuibus Imperii indultum eſt, quod iis inuitis auferri nequit (347).

Obſ. 189. ad §. XVI.

Coniunctus) Nam cum ad perfectionem contractus requiratur vtriusque partis conſenſus: conſequens eſt, vt in eo demum loco negotium, de quo concludendo tractatur, perfectum videri poſſit, in quo vtriusque conſenſus coniungitur.

Obſ. 190 ad §. XVIII.

Colligit) Quod tamen ex citata lege colligi non poſſe videtur. Nam in *pr.* expreſſe requiritur vt contrahens in eodem loco inueniatur, & deinde in §. 1. ſupponitur caſus, quod bona ibi ſita habeat, in quæ miſſio fieri poſſit, ſi ſe in loco contractus non ſiſtat (348).

Obſ. 191. ad §. XX.

Opinionibus) Alii enim ad eum locum in quo pedes, alii in quo caput occiſi reperi-

(347) ORDIN. CAMERAL. *Part. II. Tit. 1.*
(348) HVBERVS *h. t. §. 54.*

peritur, respiciunt. Si delictum in via publica commissum est, ex regula solus princeps cognoscit (349).

Obs. 192. ad §. XXVI.

Cognoscebat.) Quæ distinctio in iure Romano satis fundata est (350) atque apud Batauos olim quoque recepta fuit (351). Ex nouissimo Decreto Consilii status fœderati Belgii vero delicta communia militum ad iudicum ordinariorum cognitionem indistincte spectant, ac de iis magistratus militaris plane cognoscere nequit (352). Sed de iure Germanico in omnibus delictis, siue hæc communia sint, siue militaria, milites iudicio militari vnice subsunt (353).

Obs.

---

(349) BERLICH. *Part. I. Dec. 62.*

(350) *l. 2. pr. l. 3. D. de re militari l. 1. C. ad Leg. Cornel. de sicariis.* NOV. *VIII. Cap. 12.*

(351) HVBERVS *h. t. §. 67.*

(352) VOETIVS *h. t. §. 104.* Anleitung zum Krieges-Proceß *Cap. 2. §. 14.*

(353) REC. IMP. *d. a. 1641. §. 47.* LVDOVICI Einleitung zum Krieges-Proceß *Cap. 3. §. 10. seq.* STRYCK *Diss. de forib. Germanor. singular. Cap. 5. §. 11. seq.* Anleitung zum Krieges-Proceß *Cap. 3. §. 12. seq.* BEIER *de foro milit. priuileg. Cap.*

Obſ. 193. ad §. XXIX.

Virgines) Qua tales hoc beneficio non gaudent, niſi ſint ſimul pupillæ, vel alias fortunæ iniuria miſerabiles (354).

Obſ. 194. ad §. XXXI.

Quocunque) Ita tamen vt prouocatus prouocantem in foro competente conuenire poſſit. Sed in Saxonia Electorali ſancitum eſt, vt hæc prouocatio fieri debeat coram iudice prouocantis competente (355).

Cap. III. §. 5. LAVRENTIVS Verſuch einer Abhandlung von der *Iurisdiction* gegen die verbrechenden Soldaten *P. I. & II.*

(354) SIMON VAN LEWEN *Cenſ. forenſ. Part. 2. Lib. I. Cap. 13. n. 14.* THOMASIVS *Diſſ. de ſingulari æquitate legis vnicæ C. quand. imper. int. pupill.*

(355) ORD. RECOGN. *Tit. 5. §. 6.* Anleitung zum Proceß *Lib. III. Cap. 5. §. 2.* ILLVSTRIS REVTERVS *Diſſ. de foro competente Prouocationum.* COD. FRID. *Part. III. Tit. 7. §. 1.* ibi: Es ſtehet dem Diffamato frey, den Diffamanten in deſſen foro ordinario zu belangen, und ihn anzuhalten, daß wenn er eine Action gegen den Kläger, oder einiges Recht an die Sache zu haben vermeinet, in des Diffamati foro ordinario Klage die-

Obs. 195. ad §. XXXI.

Exceptiones) Veluti compensationis, solutionis, metus, doli, pacti de non petendo. Interim qui ex hac lege prouocat, actionem concedit prouocato, indeque eum ad replicandum prouocat, zur Einlassung auf die Exceptiones. Nam si has neget prouocatus, probatio earum incumbit prouocanti. Vnde etiam prouocans petitum eo dirigere nequit, vt perpetuum silentium imponatur contumaci, sed, daß Prouocanten seine wieder Prouocatens An und Zusprüche habende Exceptiones bey Kräften bleiben sollen (356).

Obs. 196. ad §. XXXV.

Negationem) Negatiua litis contestatio est vel mere talis, vel mixta. In illa omnia libelli capita negantur indeque pronunciatur. Dieweilen Beklagter auf die Klage geantwortet und solcher allenthalben nicht geständig, so ist Kläger den Grund derselben binnen Ordnungs-Frist zu erweisen schuldig. In hac autem quædam saltim negantur & sententia ita concipitur. Dieweil

---

dieserhalb in gewisser Zeit anstellen, oder gewärtigen solle, daß ihm ein ewiges Stillschweigen auferleget werde.

(356) BERGER *Elect. Proceſſ. prouocator. Theſ.* 48. Anleitung zum Proceß *l. c.* §. 15. *seq.*

weil Beklagter auf die Klage geantwortet und solcher nicht allenthalben geständig: so ist Kläger den Grund der Klage, und so viel ihm daran verneinet worden, binnen Ordnungs-Frist zu erweisen schuldig (357).

Liber. V. Titulus II.
De
Inofficioso testamento.

Obs. 197. ad §. I.

I*nofficiosi)* Hanc querelam moribus & prudentum auctoritate inductam esse, certum est, quam quod certissimum (358). Cum enim secundum leges XII. Tabularum furiosus condere non posset testamentum: colore a furore quæsito rescindebant testamentum (359).

(357) Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 6. §. 6.*

(358) WATER *Lib. I. Observat. Cap. 11.*

(359) *l. 17. §. 1. l. 19. D. h. t.* BYNCKERSHOECK *Lib. 2. Observat. Cap. 12.* GASSER *Diss. de origine querelæ inofficiosi testamenti.* Sed post NOV. *115. Cap. 3.* hoc colore opus

Obſ. 198. ad §. III.

Conſanguinei) Immo etiam vterini. Nam dum agnatorum & cognatorum iura exæquauit Juſtinianus (360), eo ipſo *l. 27. C. h. t.* derogauit (361).

Obſ. 199. ad §. IV.

Mutatum) Immo eſt mutatum. Nam diſerte citata Nouella ſanxit Imperator, non licere liberis parentes a rebus propriis, in quibus habent teſtandi licentiam, omnino abalienare (362).

Obſ. 200. ad §. VI.

Connumerantur) Sed cum legitima æſtimanda ſit ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato extra teſtamenti cauſſam; conſequens eſt, vt quilibet liberorum legitimam partem debitæ portionis habere debeat, quam haberet, ſi vna cum exheredato

---

opus non eſt. GERDESIVS *Diſſ. de Vſu Practico querelæ inofficioſi teſtamenti.* DORN *Diſſ. ſingularia querelæ inofficioſi teſtamenti capita tam ſecundum ius Romanum quam Germanicum ab erroribus Doctorum vindicata.*

(360) NOV. *118. Cap. 4.*

(361) BOEHMERVS *Diſſ. de querela fratrum conſanguineorum §. 19. ſeq.*

(362) STRVVIVS *Exerc. X. §. 39.*

dato ab intestato succederet. Qui vero ius succedendi ab intestato non habent, veluti statuto excluſi, hæretici, banniti, hi etiam partem facere nequeunt. Nec obstat, quod iuste exheredatus pro mortuo habeatur (363). Nam id saltim verum est quoad eius successionem, quippe a qua iuste excluſus fuit. Vnde partem exheredati capit heres institutus ex voluntate testatoris. In legitima vero vnice ad id respicitur, quid ab intestato iustum fuisset (364).

(363) *l. 1. §. 5. D. de coniung. cum emanc. liber.*

(364) Deinde in *l. 10. §. 4. D. de bonor. possess. contra tabul.* quidem dicitur, liberos, qui contra tabulas possessionem habere non possent, nec partem facere. Sed in hoc remedio certum est, exheredatum pro mortuo haberi, nec partem facere, quia illud vnice pro liberis a patre præteritis introductum est, ex heredati autem & quicunque pro exheredatis habentur prorsus ab eo excluduntur, perinde ac si non essent, solaque ipsis querela relinquitur. *cit. l. 10. §. 5. l. 1. pr. §. fin. D. de exhered. liber.* STRVVIVS *Exerc. 10. §. 32.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 18. 29.* LINCK *Diss. de iuste exhæredato ad augendam legiti-*

Obſ. 201. ad §. VII.

Portionem ſtatutariam) Disputant Doctores, vtrum prius deducenda ſit portio ſtatutaria, & poſt demum computanda legitima, an vero ante detractionem portionis ſtatutariæ legitimæ ratio iniri debeat? Cum vero 1) ante legitimæ computationem tantum æs alienum, quod defunctus contraxit, detrahendum ſit, 2) legitima liberorum autem æs alienum legale conſtitutat (365), adeoque hæc pariter priuilegiata ſit, ac portio ſtatutaria: conſequitur: vt ei nulla debeatur prærogatiua, ſed quemadmodum portio ſtatutaria per detractionem legitimæ haud diminuitur; ita nec huic per detractionem portionis ſtatutariæ quicquam decedere poſſit. Interea tamen computatio fit detractis illis bonis, quæ proprio iure ad vxorem pertinent (366).

Obſ.

---

gitimam inter liberos numerando, eiusque portione ſolis fratribus in legitima inſtitutis non extraneis heredibus adiudicanda. BASTINELLER *Diſſ. de vſu theoretico & practico quæſtionis: An filius iuſte exheredatus in computatione legitimæ inter liberos connumerandus ſit?*

(365) *l. 8. §. 15. D. h. t.*

(366) CARPZOV. *Part. 6. Reſp. 48. n. 14. ſeq.*

STRYCK

Obs. 202. ad §. XI.

Instituerit) Hisce igitur in casibus querelæ inofficiosi locus erit. Proximis vero non vrgentibus, sequentes admittuntur secundum edictum successorium (367). Si scilicet sint in diuerso ordine. Sic si quis habet filium & patrem, extraneum vero heredem instituit, filio non agente pater admittitur (368). Nam primus ordo est descendentium, secundus ascendentium. Si autem quis reliquit filium ex eoque nepotem, hic patre non agente querelam non habet (369). Est enim quidem in diuerso gradu, sed tamen in eodem ordine, scilicet descendentium (370).

STRYCK *de succes. ab intestat. Diss. 4. Cap. 3. §. 59. seq.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controuers. h. t. Q. 32.*

(367) *l. pen. pr. D. h. t.*

(368) *l. 14. D. eod.*

(369) *l. 6. pr. D. de iniust. rupt. testam. l. 34. C. h. t.*

(370) STRVVIVS *Syntagm. iur. ciuil. Exerc. X. §. 19.* HOMMEL *Diss. de querela inofficiosi tertio proficua.* ILLVSTRIS REVTERVS *Diss. de effectu querelæ inofficiosi testamenti iuxta ordinem edicti successorii institutæ intuitu non quærentis.*

Obſ. 203. ad §. XIV.

Vocatur) Non enim querela indigent, qui heredes inſtituti ſunt. Igitur iis competit condictio ex citata lege 30, ad explendum ſeu ſupplendum id, quod deeſt legitimæ.

Liber. V. Titulus III.

De

Hereditatis petitione.

Obſ. 204. ad §. I.

Perſonales) Falſus enim heres ex geſto perſonaliter obligatur (371). Vnde non ſolum mixta dicitur, ſed etiam bonæ fidei iudiciis accenſetur (372).

Obſ. 205. ad §. I.

Ponunt) Quia ſcilicet poſſent ſuccedere, 1) ex edicto vnde liberi, 2) vnde agnati, 3) vnde cognati. Triplicato vero hoc ſpatio 90 annos adeſſe dicunt. Sed cum hæc beneficia habeant ex iure Prætorio: etiam tempora ſucceſſionis prætoriæ obſeruari debent (373).

Obſ.

(371) *l. 25. §. 18. D. h. t.*

(372) *§. 28. Inſt. de Action.*

(373) LVDOVICI *Diſſ. de præſcriptione nonagenaria.*

Obſ. 206. ad §. II.

Præſumi) Cum mors facti ſit, probari debet. Regulariter autem mors abſentis, qui vulgo ein verſchollener dicitur, duobus teſtibus iisque iuratis probanda eſt (374). Aliquando vero vnius teſtimonio creditur, veluti ſi præfectus militem in acie vel alias mortem obiiſſe teſtatur (375), aut ſi eius commilito id iurato adſerat (376). Quod ſi vero omnis probatio deficiat, ſunt qui abſentem pro mortuo habendum eſſe arbitrantur, ſi iam foret homo centum annorum, cum eo vsque homo viuere poſſit (377). Sed alii abſentis mortem præſumunt, ſimulac abſens ſeptuageſimum ætatis annum attigit. Quæ opinio fundata eſt in Pſalmo XC. v. 10. & vſu plerorumque iudiciorum recepta (378),

(374) MVLLERVS *ad* STRVVIVM *h. t.* §. *66.*

(375) MEVIVS *Part. 5. Dec. 134.*

(376) CARPZOV. *Part. III. Conſt. 16. Def. 38.*

(377) *l. 56. D. de vſufr. l. 23. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* FINCKELTHAVS. *Obſ. 100.*

(378) CARPZOV. *Part. III. Conſt. 15. Def. 57.* Hæc ſententia tamen non eſt CARPZOVII, ſed ſcabinorum Lipſienſiam. Ipſe enim CARPZOVIVS rem totam iudicis arbitrio relinquit. Et nullum ſane dubium eſt,

ac in terris Prussicis confirmata fuit (379).

Obs. 207. ad §. IV.

Adlegat) Cum controuersiam hereditatis actori non moueat, hic vero talis contradictor desideretur, qui actori se heredem adserenti ius hereditarium negat (380).

Obs. 208. ad §. VI.

Videtur) Immo fundata esse videtur. Nam cum simplex malæ fidei possessor titulum habeat, veluti si sciens alienam emit hereditatem (381), de casu non tenetur (382). Quem vero prædo id est fur, raptor similisque violentus malæ fidei possessor præstare iubetur (383).

Liber.

---

est, quin iudex pro ratione circumstantiarum infra annum septuagesimum constitutum pro mortuo reputare possit. LEYSER *Diss. de morte absentis probanda §. 31. seq.* SCHÜTTE *Diss. de eo quod iustum est circa probationem mortis absentis.* LINCK *Diss. quando absens habeatur pro mortuo.*

(379) Vid. EDICTVM *de summariissimo.*

(380) BACHOVIVS *ad* TREVTLERVM *Vol. 1. Disp. 3. thes. 15. lit. b.*

(381) *l. 13. § 8. D. h. t.*

(382) *l. 20. §. 6. l. 25. § 3. l. 36. §. 3. D. eod.*

(383) *l. 1. C. Quæ vi metusque caussa.* STRVVIVS *Exerc. 10. §. 60.*

Liber. V. Titulus VI.
De
Fideicommissaria hereditatis petitione.

Obs. 209. ad §. I.

Cessit) Quemadmodum enim heres fiduciarius ex hereditatis aditione ius hereditarium consequitur: ita fideicommissarius ex restitutione idem ius nanciscitur. Restitutio vero verbis fit. Sicuti enim verbis adiri, ita etiam restitui potest hereditas (384).

Liber. VI. Titulus I.
De
Rei vindicatione.

Obs. 210. ad §. II.

Vxori) Sed contrarium sancitum est *l. 12. C. de iure dot.* Hinc citatas leges 54. & 55. de eo casu accipiunt Doctores, quando maritus non est soluendo, ita vt tunc vxori rei vindicatio in subsidium detur (385).

Obs.

(384) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 1.*
(385) MVLLERVS *ad* STRVVIVM *Exerc. II. §. 6.* HVBERVS *h. t. §. 6.*

Obſ. 211. ad §. V.

Ceſſat) Cum iniquum eſſe putent, vt bonæ fidei poſſeſſor cum domini damno locupletior fieri debeat (386). Sed 1) ſuæ culpæ adſcribat dominus, quod citius in res ſuas non inquiſiuerit (387), 2) bonæ fidei poſſeſſor fructus ſuo iure percepit & conſumſit, 3) in citata lege 4. §. 2. dicitur, eos poſſeſſorem bonæ fidei lucrari, quod omnino falſum eſſet, ſi eos, quatenus locupletatus eſt, reſtituere teneretur, cum nemo ſine lucro locupletetur (388). 4) Tantum tribuit bonæ fidei poſſeſſori conſumtio, quantum vſucapio (389), ſed vſucaptorum nihil reſtituitur. Tandem 5) domino nulla datur actio. Non realis, quia res non extat, non perſonalis, quia nullum negotium alienum geſtum eſt, ſed proprium (390). Igitur cum contraria ſententia æquitate nitatur cerebrina; merito deſerenda erit, præſer-

(386) *l. 206. D. de reg. iur.*

(387) *l. 203. D. eod.*

(388) LEYSER *Med. ad Pandect. ſpec. 99. Med. 4.*

(389) *l. 4. §. 19. D. de vſucapionib.*

(390) B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 8.*

sertim cum STRYCKIVS (391) diffiteri nequeat, adesse plures Doctores asserentes, se nunquam vidisse practicari, bonæ fidei possessorem condemnatum fuisse in quantum fuit locupletior factus.

Liber. VI. Titulus II.

De

Publiciana in rem actione.

Obs. 212. ad §. III.

Competit) Præsupponit enim hæc actio rem fuisse traditam (392). Vnde deficiente traditione cessat. Sufficit vero sola traditio, nec iure Saxonico resignatione iudiciali opus est (393). Ceterum licet dominus qua talis hac actione experiri nequeat, tamen ei integrum est, ex bonæ

(391) *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 12.* WILDVOGEL *Diss. de iure fructuum a bonæ fidei possessore perceptorum.*

(392) Videatur tamen CELEB. HEISLER *Diss. de rei nunquam possessæ per actionem publicianam vindicatione.*

(393) STRYCK *Vs. Mod. h. t. §. 3.* KRAVSE *Diss. de indole actionis publicianæ.*

bonæ fidei possessione rem vindicare, vel Publicianam cum rei vindicatione cumulare consueta formula: Wann wir nun das Hauß iure dominii vel quasi zustehet.

Obs. 213. ad §. III.

Vendiderint) Veluti: Meuius inuenit in hereditate paterna rem alienam & eam vendidit Caio. Hic eam iterum pignori dedit Titio. Titius moritur eiusque heres eam vendit Iauoleno. Quæritur ergo: an Caius contra Iauolenum actione publiciana experiri possit? Idque negatur, quia in pari caussa melior est conditio possidentis.

✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲

Liber. VI. Titulus III.

Si ager vectigalis id est emphyteuticarius petatur.

Obs. 214. ad §. II.

Aliquibus) Quia scilicet in emphyteusi transfertur ius dominio proximum, nonnullis videbatur venditio. Sed cum in venditione vnum statuatur pretium semel soluendum, hic autem pensio præstetur annua, verumque & directum dominium

nium maneat penes concedentem, aliis videbatur locatio.

Obs. 215. ad §. III.

Steriles) Agri vectigales & emphyteutici promiscue hic accipiuntur. Alias tamen illi his patent latius. Dicebantur enim agri vectigales, qui hostibus erepti vel inopi plebi militibusue ex legibus agrariis diuidebantur, vel aliis maxime a municipiis in perpetuum locabantur, constituto annuo vectigali (394.) Quoniam vero etiam agri inculti & nouales pro pensione annua & satis tenui traderentur in emphyteusin; hi speciatim dicti sunt emphyteutici ἀπὸ τῦ ἐμφυτεύειν id est ab inserendo, implantando. Quod postea ad agros cultos, prædia & ædes prolatum fuit (395).

Obs. 216. ad §. IV.

Ingreditur) In emphyteusi ecclesiastica ideo scriptura de necessitate requiritur, ne ea cessante memoria rei pereat, & per indirectum lapsu temporis ecclesia suo iure

(394) *l. 1. D. h. t.*

(395) BVRMANN *de vectigal. popul. Roman. Cap. 1. seq.* HEINECCIVS *ad* VINNIVM *§. 3. Inst. de Locat. Conduct. n. 2.* SCHILTER *Exerc. 16. §. 65. seq.*

iure cadat (396). Quod in omnibus ecclesiarum contractibus ita obtinet (397).

Obs. 217. ad §. VI.

Purgauit) Iure vero Ciuili emphyteutæ dominium vtile ipso iure exspirat, nec moræ purgatio admittitur (398). Ipsa tamen expulsio fieri debet iudicis auctoritate (399).

Obs. 218. ad §. VII.

Competit) Non tamen dissensus domini impedire potest venditionem. Igitur saltem domino significare debet emphyteuta, quod vendere velit emphyteusin. Quod si igitur hoc non fecit, & sic ignaro domino eam vendidit, in commissum cadit (400).

Obs. 219. ad §. XI.

Deteriorem) Tale requiritur factum, quod vergit in perpetuam fundi emphyteutici

(396) NOV. *VII. Præf.* NOV. *CXX. Cap. 5.* MEVIVS *Part. III. Dec. 298.*

(397) *l. 14.* & AVTH. *Hoc ius C. de Sacros. Eccles.*

(398) *l. 2. C. h. t.* VOETIVS *h. t. §. 36.* Conf. GREINEISEN *Diss. de canone emphyteuticario.*

(399) *l. 176. D. de reg. iur. l. 7. C. vnde vi.* STRVVIVS *h. t. §. 73.*

(400) *l. 3. C. h. t.*

teutici deteriorationem veluti si velit arbores fructiferas incidere, siluas exstirpare & agros substituere. Potest itaque fundum mutare, si exinde non fiat deterior, veluti ex agro facere hortum (401).

Obs. 220. ad §. XII.

Habet) Sed domino ius competit duplum petendi in dies singulos (402). Vnde vocantur census promobiles Rutscher-Zinsen (403.) Qui tamen hodie rariores esse solent (404).

Obs. 221. ad §. XIII.

Incurreret) Hinc agrorum dominis crediderunt pecuniam, vt vsuras penderent non vsurarum sed censuum nomine (405). Quod genus contractus non mutuum esse dixerunt, sed emtionem. Nam pro solu-

(401) STRVVIVS *Decisionib. Sabbathin. Cap. 10. Dec. 23.* TENTEL *Progr. de melioramentis emphyteuticis.*

(402) JVS PROV. SAXON. *Lib. 1. Art. 54.* JVS SVEVIC. *Cap. 71.*

(403) BEIER *de censibus promobilibus* ILLVSTRIS AYRER *Diss. de censibus mora crescentibus.*

(404) STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t. §. 8. de Censib. §. 3.* BEIER *Specim. Jur. German. Lib. 2. Cap. 6. §. 7. seq.*

(405) DE LVDEWIG *Jur. Clientel. p. 156.*

ta pecuniæ ſumma ex prædio emitur cenſus & accenſetur oneribus publicis (406).

Liber. VII. Titulus I.

De

Vſufructu & quemadmodum quis vtatur fruatur.

Obſ. 222. ad §. III.

Cauſſalem) Quia cum ſua cauſſa ſeu proprietate coniunctus eſt (407). Sed talis vſusfructus ad ſeruitutum genus non pertinet, quia nemini res ſua ſeruit (408).

Obſ. 223. ad §. II.

Retinet) Proprietatem vero ad prioris thori liberos transmittit (409). Non tamen huic legi ſubiacet portio ſtatutaria, quia

(406) BEIER *l. c. Lib. 3. Cap. 23.* HORNIVS *Jurisprud. feudal. Cap. 2. §. 16.*
(407) *l. 4. D. de vſufr. accrescend. l. 21. §. 3. D. de except. rei iudicat.*
(408) *l. 5. pr. D. ſi vſusfruct. petat.*
(409) *l. 3. C. de ſecund. nupt.*

quia eam coniux superstes non ex liberalitate defuncti coniugis, sed legis beneficio capit (410).

Obs. 224. ad §. VII.

Renascuntur, In quibus metallis ita seruatur, vt eius quod effossum est fiat æstimatio vel distractio caueatque fructuarius, se pretium illud finito vsufructu restituturum, ita vt vsusfructus tunc consistat in vsu gratuito illius pecuniæ (411). Vnde etiam in Saxonia Electorali prouentus partium metallicarum die Ausbeute non toti, sed eorum vsufructus tantum marito conceditur (412).

Obs. 225. ad §. IX.

Absolutus) Inde natum tritum illud: Was die Ege bestrichen, und die Hacke bedecket, das folget dem Erbe (413). Sic si vsufructuarius post diem Urbani id est 25. Maji obiit, vuæ obueniunt eius heredibus (414).

(410) *Diss. nostra de iure coniugis nuptias iterantis in bonis propriis & a priore coniuge quæsitis Cap. 3. §. 8. Edit. Noui. d. a. 1756.*

(411) VOETIVS *h. t. §. 24.*

(412) CARPZOV. *Part. III. Const. 25. Def. 5.*

(413) HERTIVS *Lib. I. paroem. 20.*

(414) RICHTER *Decis. 56. n. 4. seq.* DE LVDEWIG *Diss. de fructuum attributione.*

Obſ. 226. ad §. IX.

Communi) Sed iure Romano ſi fructus viuo fructuario per colonum ſublati fuerint, penſiones eius heredi ſolui debent, quamuis ante diem, quo inferri debebant, deceſſerit (415). Iure autem Saxonico penſiones heredi cedunt, ſi ſemen ante mortem fructuarii raſtro ſubactum vel in vineis maximus labor peractus fuerit (416).

Obſ. 227. ad §. X.

Faciunt) Dato v. g. agri vſufructu indulgent fructuario vt poſſit agro ædificium imponere, quatenus id ad fructum percipiendum neceſſarium eſt (417).

Liber. VII. Titulus II.

De

Vſufructu accrescendo.

Obſ. 228. ad §. I.

Ablata) Scilicet ſi duobus vſusfructus legetur, & primus vſufructu & lite con-

(415) *l. 58. D. h. t.*
(416) JVS. PROV. SAX. *Lib. II. Art. 58.* CARPZOV. *Part. III. Conſt. 16. Def. 7.*
(417) *l. 13. §. 6. D. h. t.*

conteſtata cum poſſeſſore portionem ſuam amiſerit, poſteaque ſecundus forte non vtendo amittat vſumfructum, huius portio non reuertitur ad poſſeſſorem ſeu proprietarium, ſed primo adcreſcit. Vſusfructus enim non parti adhæret ſed perſonæ (418).

Liber. VII. Titulus III.

Quando dies vſusfructus legati cedat.

Obſ. 229. ad §. I.

A*dita)* Cum enim ſeruitutes perſonales cum perſona pereant: inutilis foret diei ceſſio ante aditionem hereditatis, quippe nec ipſi fructuario ante aditionem extincto profutura, nec eius heredi in iura perſonalia non ſuccedenti (419).

(418) *l.* 33. *D. de vſufructu.*

(419) *l.* 3. *D. Quando dies legati cedat.*

Liber. VII. Titulus IV.

Quibus modis vſusfructus vel vſus amittitur.

Obſ. 230. ad §. II.

Siue non) Quamuis enim alias actiones in perſonam finiuntur 30 annorum ſpatio (420): Imperator tamen ſpeciale ius fecit actionis de vſufructu, quantumuis in perſonam (421).

Liber VII. Titulus V.

De

Vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur.

Obſ. 231. ad §. II.

Pertinent) Immo non pertinent. Nam Tribonianus in cit. §. 2. *Inſt.* decipitur verbo

(420) *l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.*

(421) NOODT *de Vſufr. Lib. 2. Cap. 8.* STRYCK *de Actionib. forenſib. inueſtigand. ſect. 3. Membr. 2. Axiom. 2. n. 4.*

bo minuitur, quo vsus est Vlpianus (422). ICtus enim minutionem talem intelligit, qua res statim ac sub vsum cadunt delentur. Vestimenta vero licet sint quotidiana eadem ratione vt naues, vasa, mancipia, iumenta vtendo non consumuntur (423). Proinde prorsus inepti sunt, qui inter quotidiana & vestiua vestimenta distinguunt, & illorum quasi, horum autem verum vsumfructum esse somniant. Potest tamen tunc in rebus, quæ vsu non consumuntur, quasi vsusfructus constitui, si legans iusserit, vt similes res restituantur vel earum æstimatio proprietario præstetur.

Obs. 232. ad §. III.

Pactum) Porro quasi vsufructus a mutuo 4) differt, quod in hoc id agatur, vt tantundem in eodem genere restituatur (424), in illo vero etiam æstimatio restitui possit (425).

(422) *in l. 1. D. h. t.*

(423) NOODT *de Vsufr. Lib. I. Cap. 21.* HERTIVS *Diss. de seruitut. facto constitut. sect. 2. n. 2.*

(424) *pr. Inst. Quib. mod. re contrah. obligat.*

(425) *l. 7. D. h. t.*

Liber. VII. Titulus VIII.

De

Vsu & Habitatione.

Obs. 233. ad §. I.

Omnibus) Sed quia vsus vtentis necessitate circumscribitur: consequens est, vt vsuarius tantum pro modo conditionis suæ fructibus vti possit (426).

Obs. 234. ad §. II.

Conditio) Neque ita facile æstimari potest vsus ex conditione vsuarii, quia ea singulis annis mutari poterit, id autem præuideri nequit (427).

Obs. 235. ad §. III.

Consistunt) Potissimum hic ad factum habitandi respiciendum esse crèdidit Modestinus ICtus. Igitur qui capitis minutionem patitur, statu mutato quidem iura amittit, sed ad factum habitandi perinde vt alius sufficere existimatur (428).

Liber.

---

(426) §. 1. *Inst. h. t. l.* 12. §. 1. 2. *D. eod.*

(427) HOPPIVS *Comment. ad Inst. ad* §. 2. *h. t.*

(428) GVNDLING *in Gundlingianis Part.* 17. *Obs.* 1.

Liber. VII. Titulus IX.

Vsufructuarius quemadmodum caueat.

Obſ. 236. ad §. III.

N*equit)* Licet alii exiſtiment (429), non prohiberi teſtatorem, remittere ſatisdationem de re finito vſufructu reſtituenda, ſed duntaxat de vtendo fruendo boni viri arbitratu: contraria tamen ſententia verior eſt & per claros legum textus probatur (430), qui de alia cautionis parte accipi nequeunt, quam de ea, quæ pro reſtitutione ſecuritatem præbet (431). Interea negari vix poteſt, hancce legis ſanctionem repugnare generalibus iuris principiis. Si enim teſtator integram proprietatem ſine contradictione heredis legare poteſt extraneo, cur non & vſumfructum eiusdem rei remiſſa cauendi ne-

(429) VINNIVS *Quæſt. ſelect. Lib. I. Cap. 29.* FRANZKIVS *Comment. ad Pandect. h. t. n. 7.*

(430) *l. 1. C. de Vſufruct. l. 7. C. vt in poſſeſſ. legator.*

(431) NOODT *l. c. Lib. I. Cap. 19.*

ceſſitate (432)? Deinde etiam quidam Doctores negant (433), hanc cautionem ab herede eoque proprietario fructuario remitti poſſe, cum hæc remiſſio ſit contra formam lege vel edicto Prætoris conſtitutam, quæ pactis priuatorum tolli nequit (434), & abutendi facultas fructuario concederetur. Sed cum hæc cautio ſolius heredis vtilitatem reſpiciat eiusque contemplatione introducta ſit (435), ac quilibet iuri & fauori ſuo renunciare (436) ſuique iuris perſecutionem aut ſpem futuræ perceptionis deteriorem facere queat (437): conſequitur, vt recte remittat proprietarius cauendi neceſſitatem fructuario. Nec tali remiſſione vel dolus de futuro remittitur, quod fieri non poteſt (438), vel fructuarius ad deliquendum inuitatur,

(432) *Arg. l. 21. D. de reg. iur.* STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 4.*

(433) NOODT *cit. Cap. 19.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Q. 5.*

(434) *l. 7. §. 7. D. de Pactis*

(435) *l. 1. C. de Vſufruct.*

(436) *l. 71. D. ad Leg. falcid. l. pen. C. de Pactis.*

(437) *l. 46. D. de Pactis.*

(438) *l. 27. §. 3. D. eod.*

uitatur, cum nihilominus & de damno & de restitutione actio superſit (439).

Obſ. 237. ad §. IV.

Existimant) Sed pœna commiſſi ob hanc cauſſam nullibi exprimitur, cum tunc cautio committatur eoque ipſo ſatis conſultum ſit proprietario. Nec obſtat cit. lex 9. quippe in qua cautum eſt, prohiberi poſſe fructuarium vti frui, ſi male vtatur. Igitur non fecit prohibitio, vt amittatur vſusfructus, ſed non vſus, ſi ſcilicet prohibitio duret per id tempus, quo non vtendo amitti conſtat vſumfructum (440).

Obſ. 238. ad §. V.

Reſeruauit) Donator igitur omnium bonorum, qui vſumfructum ſibi reſeruauit, a præſtatione cautionis fructuariæ immunis eſt. Nam illi qui ex liberalitate ſua conueniuntur, non vltra id, quod facere poſſunt, damnandi ſunt (441), & cum iis non tam rigide atque quidem cum aliis agendum eſt (442). Immo cautio ab illis tan-

(439) VOETIVS *h. t. § 9.*
(440) NOODT *l. c. Lib. 2. Cap. 9.*
(441) *l. 28. D. de reg. iur. l. 19. §. 1. D. de re iudicat.*
(442) *Arg. l. 62. D. de Aedil. Edicto.*

tantum exigitur, qui vsumfructum acquirunt, non vero ab eo, qui ipse dominus est, & alii solam proprietatem concessit, reseruato sibi vsufructu. Nihil enim ab eo exigi potest, quam quod ipse concessit, non concessit autem aliud, quam quod alter finito vsufructu rem petere queat, non ergo cautionem. Deinde alienationi rei suæ legem dicere potest, nec valet, nisi quam dixit (443).

Liber. VIII. Titulus II.

De

Seruitutibus prædiorum vrbanorum.

Obs. 239. ad §. II.

Annomala) Sed non opus est, vt hic statuamus seruitutem annomalam seu irregularem, quia ex regula dominans parietem vel columnam reficere debet (444). Immo

(443) *l. 20. §. 1. D. de pact. dotal.* VOETIVS *h. t. §. 8.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controuers. h. t. Qu. 3.*

(444) *l. 6. §. 2. D. si seruit. vindicet.*

Immo de eo solummodo disputarunt ICti Romani, an eiusmodi pactum iniri possit, vt seruiens parietem reficeret? Quod negabat Gallus Aquilius, cum sit contra naturam seruitutis, eam ita imponi, vt quis facere aliquid cogeretur. Sed prævaluit Seruii sententia statuentis, de seruitute, quæ oneris ferendi caussa imposita est, actionem nobis competere, vt vicinus & onera ferat & ædificia reficiat, ad eum modum qui seruitute imposita comprehensus est (445). Igitur voluit Seruius, non ex natura seruitutis, sed vi pacti reficiendum esse parietem (446).

Obs. 240. ad §. IV.

Tenetur) Cum enim apud Romanos omnibus ædificiis certa altitudo præscripta, & supra eam sine consensu vicini nemini ædificare permissum esset (447): con-

---

(445) *cit.* §. 2.

(446) *l.* 33. *D. h. t.*

(447) *l.* 1. *D. de nou. oper. nunc.* SVETONIVS *Augusto Cap.* 89. RAEVARDVS *Coniectur. Lib.* III. *Cap.* 12. BRISSONIVS *select. Antiq. Lib.* 1. *Cap.* 1. ILLVSTRIS ESTORIS *Obseruationes variæ de altitudine ædium Romanorum deque ciuium multitudine ad illustrandam seruitutem altius*

consequens est, vt hoc consensu impetrato, ius mihi competat, quo cogitur vicinus pati ædes meas altius tolli (448). Erronea vero est PAGENSTECHERI (449) sententia statuentis, seruitutem hanc fuisse constitutam, si pati cogeretur vicinus, vt meis sumtibus ædes eius altius tollam. Nam 1) altius tollendi seruitus hoc modo non discreparet a seruitute oneris ferendi, & 2) dominus prædii dominantis non potuisset confessoriam actionem instituere hac formula: Aio mihi ius esse, ædes meas altius tollendi. (450)

Obs.

---

altius tollendi quas ob suam præstantiam ex lingua vernacula latine vertit notulasque adiunxit JVGLERVS.

(448) *l. 2. D. h. t. l. 12. §. 1. C. de ædific. priuat.* HERTIVS *Diss. de seruitut. facto constitut. sect. 1. §. 9.* STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 7. seq.* B. L. B. DE COCCEJI *l. c. h. t. Qu. 2.* VINNIVS *ad §. 1. Inst. h. t. n. 6. & ad §. 2. Inst. de Actionib. n. 4. seq.*

(449) *Sicilim. Manip. 3. p. 70.*

(450) *§. 2. Inst. de Actionib.* HEINECCIVS *Element. iur. ciuil. sec. ord. Instit. §. 405. schol.* CRELL. *Diss. de seruitute altius tollendi in vsucapione libertatis consistente.* MENCKEN *Diss. non dari seruitutem altius tollendi.* STRAVSS. *Diss. de seruitute altius tollendi.*

Obſ. 241. ad §. V.

Spectet) Paulus ICtus ſcribit (451): ſeruitute luminum conſtituta id adquiſitum videtur, vt vicinus lumina noſtra accipiat, quod non ita intelligendum eſt, quaſi nobis non liceat, niſi conſentiente vicino, feneſtras in noſtro pariete aperire, ſed ne contra quid erigat in ſuo, quo lumina præcludantur. Nam in noſtro quiduis facere poſſumus, etiam cum incommodo vicini, modo nihil immittamus in alienum (452).

Obſ. 242. ad §. VII.

Tenetur) Id eſt ſi quis vicino non contradicente vel ſtatuto permittente ſtillicidium in eius aream immiſit, iam vero illud per poſitas fiſtulas iterum auertere & in aream ſuam recipere intendit: vicinus dum id impedire nequit, cum illo pacisci debet, ne auertat & in aream ſuam recipiat ſtillicidium (453).

Liber.

---

(451) *in l. 4. D. h. t.*

(452) *l. 8. §. 5. ſi ſeruit. vindicet.* VINNIVS *ad §. 1. Inſt. de ſeruitut. n. 9.*

(453) THOMASIVS *Diſſ. de ſeruitute ſtillicidii §. 40. ſeq.* Conf. CRELL *Diſſ. ſtillicidium altius tolli poſſe etiam cum damno ſeruientis.*

Liber. VIII. Titulus III.
De
Seruitutibus prædiorum rusticorum.

Obs. 243. ad §. II.

Determinatum) Si viæ latitudo est octo, actus quatuor pedum, subducta ratione itineris latitudo duorum pedum erit. Sed is finis erat minimus adeoque latior pro re nata constitui potest (454).

Obs. 244. ad §. III.

Iumentum) Inde dicitur Trifft, Ueber-Trieb, Vieh-Trieb. Non tamen cogitur dominans, vt citato cursu pecus per fundum seruientem agat. Ciuiliter enim vtendum est agendi seruitute, ne subsistat pecus in alieno, sed nec peti possit a prædii seruientis domino, vt ita præcipitetur pecus, ne os quidem terræ admouere queat, modo locus ad actum semel electus non mutetur. Nam ad actus exercitium certus eligendus locus (455), ne domino prædii nimium noceatur (456).

Sed

(454) AVERRANI *Lib. 1. Cap. 30. n. 14.*
(455) *l. 13. §. 1. l. 26. D. h. t.*
(456) *l. 9. D. de Seruitut.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0156
DFG

Sed si ius pascendi, Betreibung, Hütung alicui competat, pastura se diffundit per totum prædium (457).

Obs. 245. ad §. III.

Vehiculum) In definitione actus de eo vehiculo sermo est, quod potest agi, propelli, protrudi vel manu trahi, id est curru trusatili seu manuali (458).

Obs. 246. ad §. III.

Fuit) Sed si ea sit loci angustia, vt iumentum duntaxat non vehiculum duci possit, adhuc actus erit, cum alterutrum sufficiat (459).

Obs. 247. ad §. VI.

Præferunt) Sed minus recte. Quatenus enim alteri ius certum in meo quæsitum est, eatenus ego ab hoc iure excludor, nisi quatenus citra impedimentum alterius id fieri possit (460). Quod non iniquum est. Nemini enim facit iniuriam is, qui iure suo vtitur (461).

(457) STRYCK *Vsu Mod. Pandect. h. t. §. 5.*

(458) BYNCKERSHOECK *Lib. 4. Obseru. Cap. 7.*

(459) *l. 13. D. de Seruitut.*

(460) *Arg. l. 13. §. 1. D. h. t.* ENGAV *Element. iur. German. Lib. II. §. 153.*

(461) STRYCK *l. c. h. t. §. 15. Dissentit*

RIVI-

Liber. VIII. Titulus IV.

Communia prædiorum, tam vrbanorum, quam rusticorum.

Obs. 248. ad §. II.

Tricis) Quod proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario seruitutem imponere possit (462), id cum omni ratione pugnat. Cur enim non vterque ius suum recte remittat? Vtriusque caussa agitur neque alterius cuiusquam (463). Proinde etiam ICtus Paulus (464) permittit domino, imponere seruitutem, modo conditio fructuarii hac ratione non deterior fiat. Sed hæc deterior fieri nequit, si consentiat fructuarius, cum

---

RIVINVS *Diss. de æquali iure dominantis & seruientis prædii, si pascua non sufficiant §. 21. seq.*

(462) Prouti in *l. 15. §. fin. D. de Vsufr.* habetur.

(463) *l. 8. 9. §. 2. D. de aqua & aqu. pluu. arcend.*

(464) in *l. 16. D. de vsufruct.*

cum nullam possit videri iniuriam accipere, qui semel voluit (465).

Obs. 249. ad §. IV.

Contrarius) Perpetuam caussam eam dixerunt ICti, quæ est naturalis. Licet enim non perpetuo operetur natura, tamen quia non ab hominum arbitrio pendet, pro perpetua habetur (466). Hinc nec ex stagno, vel lacu aquæductus concedi potest. Sed ipse ICtus Paulus fatetur (467), quod etiamsi caussa non sit perpetua, tamen ex quocunque loco constitui soleat (468).

Obs. 250. ad §. VI.

Desiderant) Lex Scribonia seruitutum rusticarum & vrbanarum vsucapionem inhibuit (469). Igitur ad eas acquirendas

(465) Probabile igitur est, in cit. *l.* 15. §. *fin. D. de Vsufruct.* pro nequidem legendum esse equidem. Quæ est coniectura BYNCKERSHOECKII *Lib. I. Obseruat. Cap. II.*

(466) STRVVIVS *Exerc. 13. §. 35.*

(467) *in l. 9. D. de seruitut. prædior. rusticor.*

(468) THOMASIVS *Diss. de seruitute stillicidii §. 34.*

(469) *l. 4. §. fin. D. de Vsurpat. & vsucapion.*

immemoriali tempore opus erat. (470). Postquam vero sancitum fuit, vt omnes seruitutes longo tempore præscribantur (471): frustra in rusticarum præscriptione, quia discontinuæ sunt, tempus immemoriale desiderant (472). In Saxonia in omni seruitutis præscriptione 30. anni cum anno & die requiruntur (473). Jure Hamburgensi quoque sublata distinctione inter continuas & discontinuas, omnes seruitutes præscriptione longi temporis accedente bona fide adquiruntur (474). Apud Belgas 30 anni sufficiunt (475).

Liber.

---

(470) *l. 2. §. 3. D. de aqua & aqu. pluu. arcend.*

(471) *l. fin. C. de præscript. long. tempor.*

(472) HAHN *ad* WESENBECIVM *Tit. de seruitut. n. 5.* B. L. B. DE COCCEJI *l. c. eod. Qu. 6.* STRYCK *l. c. eod. §. 6. 7.*

(473) CARPZOV. *Part. 2. Const. 4. Def. 8.*

(474) STAT. HAMB. *Part. I. Tit. 21. Art. 3.*

(475) GROENEWEGEN *de legib. abrogat. ad l. 1. C. h. t.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0160
DFG

Liber. VIII. Titulus V.

Si seruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

Obs. 251. ad §. IV.

Teneatur) Pro libertate præsumitur, quia constitutio seruitutis facti est. Hinc is qui eam negat, fact m negat, alter vero illud adfirmat, adeoque ei, licet tantisper in vsu & exercitio possessionis sit defensus, incumbit probatio (476). Ab eo vero qui se liberum hominem esse contendit, ad eum qui fundum suum a seruitute liberum esse adfirmat argumentum duci nequit. Seruitus enim exercetur in re aliena, ius herile vero in re propria (477).

(476) NOODT *de Vsufruct. Lib. 2. Cap. 14.* GVNDLING *in Gundlingianis Part. 28. Obs. 3.* THOMASIVS *Diss. de onere probandi in actione negatoria.*

(477) HERTIVS *Diss. de quasi possidente probante sect. 2. §. 1. seq.* Plura diximus in *Dissertatione de apprehensione possessionis Cap. 3. §. 3. Præside* GASSERO *olim habita.*

Obs. 252. ad §. V.

Restricta) Cum enim hoc casu libertas naturalis, quæ actionis negatoriæ fundamentum est, lege publica sublata sit: consequens est, vt is, qui tale ius sibi competere contendit, actionem confessoriam instituere & exceptionem a regula probare debeat.

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. VIII. Titulus. VI.

Quemadmodum seruitutes amittantur.

Obs. 253. ad §. III.

Contrarium) Scilicet requiritur, vt seruientis prædii dominus simul vsuceperit libertatem (478). Seruitutes enim quæ in non faciendo consistunt per rerum naturam non nisi per factum aboleri possunt, vtpote quod vnice contrarium est non vtendo. Sed si in patiendo seruitutes consistant, licet iis non vtatur dominans: tamen manent indicia vestigiumque seruitutis & dispositio semper ad

(478) *cit. l. 6. l. 7.*

ad actum parata, quibus abolendis facto opus est contrario (479).

Liber. IX. Titulus I.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Obs. 254. ad §. III.

Competit) Quæ etiam competit, si genitalis sit feritas. Nam cum ad sæuitiam gignantur feræ bestiæ, non contra naturam sui generis damnum dedisse censentur (480).

Obs. 255. ad §. V.

Formatur) Id est actio in factum de pastu itidem fuit noxalis (481). Sed si ipse dominus immisit bestiam in alienam segetem, actione Legis Aquiliæ pulsatur (482).

(479) HVBERVS *h. t. §. 6.*
(480) *pr. Inst. h. t. l. 1. §. 10. D. eod.*
(481) PAVLVS *Lib. I. sentent. Tit. 15. §. 1.*
(482) *l. fin. C. ad Leg. Aquiliam.*

Obſ. 256. ad §. VII.

Electionem) Quam tamen amittit & in ſolidum condemnatur, ſi beſtiam ſuam eſſe negauerit (483).

Liber. IX. Titulus II.

Ad Legem Aquiliam.

Obſ. 257. ad §. II.

Culpam) Ex quo colligimus, hanc legem non ſolum ad vera delicta, ſed etiam ad damna ex quaſi delicto data pertinuiſſe (484). Licet enim damnum iniuria datum ad vera delicta referatur (485): tamen a potiori facta fuit denominatio.

Obſ. 258. ad §. V.

Deſierat) Cum vero ſit ſimile, plura fuiſſe quam tria Legis Aquiliæ capita, veluti præter ea, quæ notauit Auctor, de inficia-

(483) *l. 1. §. 15. D. h. t.*

(484) THOMASIVS *Diſſ. de philoſophia iuris §. 145.*

(485) *pr. Inſt. de Obligat. quæ ex delicto. l. 4. D. de Oblig. & Action.*

ficiatione (486), de effusis & deiectis (487). Quodnam ex his fuerit secundum incertum est (488).

Obs. 259. ad §. VI.

Attenduntur) Actio enim quæ moribus nostris competit, ex æquitate naturali, quæ damnum datum resarcire iubet, descendit (489).

Obs. 260. ad §. VII.

Solet) Quod iure Romano fieri non poterat, cum liberum corpus æstimationem non recipiat (490).

Obs. 261. ad §. VII.

Virgines) In facie scilicet deformatas, quibus interdum forma pro dote est,

(486) NOODT *ad Leg. Aquil. Cap. I.*

(487) BYNCKERSHOECK *Lib. I. Obseru. Cap. 13.*

(488) CHIFLETIVS *de legis aquiliæ capite secundo etc. in* OTTONIS *Thesaur. Jur. Roman. Tom. V. p. 873-894.*

(489) Quod euidentissime demonstrauit THOMASIVS *Diss. de larua Legis Aquiliæ detracta actioni Germanorum de damno dato restituendo.*

(490) *l. 3. D. si quadrupes. l. 7. D. de his qui effuder.*

quæque non facile nubere possunt, nisi ampliore dote constituta (491).

Obs. 262. ad §. VII.

Werigeldum) Cuius origo repetenda est ex TACITO (492). Soluitur vero heredibus in compensationem damni per necem defuncti illati. Interim tunc demum præstatur, si homicida relegatione, aut mitiore, non vero si pœna corporis afflictiua adficitur (493).

Obs. 263. ad §. VIII.

Volunt) Et quidem quia ius Canonicum etiam heredes obstringit pro rata hereditaria ex delicto defuncti, non autem vltra vires hereditatis (494).

Liber.

---

(491) LVDOVICI *Diss. de eo quod iustum est circa pulchritudinem §. 33.*

(492) TACITVS *de Morib. Germanor. Cap. 21.*

(493) SCHILTER *Exerc. 19. §. 14. seq.* HERTIVS *Diss. de herede occisi vindice sect. 5. §. 7.* KAESTNER *Diss. de Werigeldo.*

(494) *Cap. fin. X. de sepultur. Cap. 5. X. de raptor.* THOMASIVS *cit. Diss. §. 32. seq.*

Liber IX. Titulus III.

De

His, qui effuderint, vel deiecerint.

Obs. 264. ad §. IV.

Restitutionem) Vt præstetur duplum damni dati, si illud damnum rebus æstimationem recipientibus illatum sit (495). Actio contra legis aquiliæ demum ex inficiatione in duplum crescit (496). Hodie tantum ad damni reparationem actio datur.

Liber. X. Titulus I.

Finium regundorum.

Obs. 265. ad §. II.

Mutatum) Quæritur, quid sit in *cit. l. 5.* quinque pedum submota præscriptio, id est determinatio? Integra lex extat in Codice Theodosiano *l. 4. h. t.* & nihil aliud disposuisse videntur Imperatores, quam

(495) *§. 1. Inst. de oblig. quæ ex quasi delict.*

(496) *§. 23. Inst. de Actionibus.*

quam limitem vltra quinque pedes posse constitui actionemque dandam esse (497).

Obs. 266. ad §. IV.

Debet) Hinc vterque litigantium iudici Ichnographiam exhibere tenetur (498).

Liber. X. Titulus II.

Familiæ erciscundæ.

Obs. 267. ad rubrum.

Erciscundæ) Id est hereditatis diuidendæ. Familia enim hereditatem denotat

(497) STRVVIVS *Exerc. 14. §. 57.* SCHILTER *Exerc. 20. §. 56. seq.*

(498) REC. IMP. *de anno 1654. §. 51.* Anleitung zum Proceß *Lib. 1. Cap. 14. §. 5. seq.* Conf. LINCKEN *Jura finium* Gränz-Recht. KREBS *de ligno & lapide.* WERNHER *Diss. de finibus per virgulam mercurialem non inuestigandis.* Receptos Germaniæ mores in designandis finibus ordine alphabetico recenset STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 5.* Videatur HILDEBRAND *Diss. de diuersita-*

notat (499). Erciscere vero idem est ac diuidere atque ex erctum id est indiuisum, integrum, & scisco id est diuido compositum est (500).

Obs. 268. ad §. V.

Attribuat) Nominibus actiuis diuisis ex regula alter alteri de euictione tenetur (501). Rarius tamen hodie præstatur euictio, quia heredum consensu debita certa ab incertis separantur & pro rata distribuuntur. Quo facto quia periculum commune est, etiam euictionis præstatio inuicem compensata habetur (502).

Obs. 269. ad §. VII.

Libros) Eiusmodi libri improbatæ lectionis itaque corrumpendi, minime vero diuidendi sunt (503).

Obs.

---

uersitate lapidum finalium. De finibus Parochiarum differit BOEHMERVS *Jure Parochiali Sect. 3. Cap. 3. §. 7. seq.*

(499) *l. 195. D. de verbor. signif.*

(500) *l. 2. D. h. t.* GRAVINA *ad Leges XII. Tabularum n. 42.*

(501) *l. 14. C. h. t.*

(502) SCHILTER *Exerc. 20. §. 85.* CRELL. *Diss. de diuisione nominum in iudicio familiæ erciscundæ interdum necessaria.*

(503) BOEHMERVS *Diss. de eo quod iustum est circa libros improbatæ lectionis.*

Obſ. 270. ad §. X.

Probat) Vel potius ideo hæc lex nihil probat, quia bona fides opponitur dolo. Vbi vero dolus adeſt, nulla reſciſſione opus eſt, cum diuiſio ipſo iure nulla ſit (504).

Obſ. 271. ad §. XII.

Eligat) Quæ conſuetudo ſeculo XIII. & XIV. per vniuerſam Germaniam obtinuit. Inde in prouerbio dicitur: Der Aeltere theilt, der Jüngere wählt. Sed recepto iure Romano in plerisque Germaniæ prouinciis hocce ius vetus deſuetudine inumbratum eſt (505). In Auſtria tamen Bohemia, Sileſia & Morauia etiam inter illuſtres adhuc hodie hæc conſuetudo viget (506). Immo extra Germaniam eadem migrare & iudicia plura Galliæ, Italiæ, Hispaniæ occupare cœpit (507).

Obſ. 272. ad §. XII.

Duo) In quibusdam tamen locis receptum eſt, vt ſi plures ſint, quam duo; reli-

(504) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h.t.* §. 7.

(505) BEIER *Diſſ. de prouerbio: maior diuidit, minor eligit Cap. 1. §. 11. ſeq.*

(506) BETSIVS *de Statutis, pactis & conſuetudinibus familiarum illuſtrium Cap. 4. §. 10. ſeq.*

(507) BEIER *cit. Diſſ. Cap. 1. §. 15.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0170
DFG

reliqui pro ratione ætatis vsque ad natu maximum optionis prærogatiuam habeant (508).

Liber X. Titulus IV.

Ad exhibendum.

Obſ. 273. ad §. II.

Fictum) Licet vero talis facultatem rem exhibendi non habeat: tamen quia eam dolo poſſidere deſit, pro poſſeſſore habetur, adeoque in hoc iudicio condemnatur non quidem ad exhibendum, ſed ad omne intereſſe, quod iuramento in litem æſtimatur, præſtandum (509).

Liber. XI. Titulus. I.

De

Interrogationibus in iure faciendis & interrogatoriis Actionibus.

Obſ. 274. ad §. I.

Mendacii) Quæ in eo conſiſtit, vt ſi cum ex ſemiſſe heres eſſet, interrogatus; qua

(508) BETSIVS *l. c. §. 10.*

(509) *l. 5. §. 1. 2. l. 9. pr. §. 1. ſeq. l. 14. D. h. t.*

qua ex parte heres sit, respondeat, ex quadrante, nunc in solidum conueniri possit (510).

Obs. 275. ad §. I.

Glaube wahr) Omnia, quæ in libello sunt allata in his positionibus repetuntur, veluti: Wahr daß Kläger dem Titio sein Hauß um und vor 1000 Thlr. abgekaufset. Wahr daß Kläger ihm solche vergliechene Kauf-Summe also bald bezahlet? Sicuti vero actori super actione: ita etiam reo super exceptione eiusmodi positiones offerre permissum est. Qui eas offert vocatur Ponent, & alter Ponat (511).

Liber.

D. h. t. LAUTERBACH *Colleg. Pandect. h. t. §. 9.*

(510) *l. 11. §. 3. h. t.* WYBO *Diss. de interrogationibus in iure.* HOMMEL *de interrogationibus in iure faciendis hodie non sublatis.* CONSULT. J. P. CARRACH *de Interrogationibus in iure earumque defectu in foris Germanicis.*

(511) Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 8. §. 1. seqq.*

Liber. XI. Titulus II.
De
Quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

Obs. 276. ad §. II.

Laicum) Veluti si vterque vnius tutelam gessit. Sed hoc limitatur, nisi plures sint laici, tunc enim caussa apud iudicem secularem terminanda est (512).

Liber. XI. Titulus V.
De
Aleatoribus.

Obs. 277. ad §. IV.

Tenetur) Sed vbi ludi ad certam vsque summam permissi sunt, veluti in Saxonia Electorali, quod vltra istam summam deperditum fuit, recte repetitur a victore (513). Cum vero quidam ludi fortunæ sub pœna grauiori in nonnullis pro-

(512) BERLICH *Part. II. Dec. 220. n. 32.*
(513) BERGER *Oeconom. Jur. Lib. III. Tit. 10. §. 7. n. 7.*

uinciis prohibeantur (514): consequitur, vt in pari caussa melior sit conditio possidentis (515), cui fiscus tamen turpe lucrum extorquere potest (516). In terris Prussicis ob debitum ex ludo oriundum actio non datur & inde veniens exceptio etiam ante litem contestatam locum habet, modo ea in continenti per iuramenti delationem probari possit. Alias integrum est debitori, eam post litem contestatam opponere. Cessat quoque rigor cambialis, si hæc exceptio in continenti per iuramenti delationem doceri queat, alias vero solutio iniungitur debitori & exceptio ad separatum reiicitur. Si tamen eadem deinde probetur, creditor duplum debitori restituere & eandem summam fisco soluere debet (517).

Liber.

---

(514) Ita in quibusdam locis sequentes ludi prohibiti sunt: bassette, trenta, quaranta, landsqueners. ENGAV *Element. Jur. Germ. Lib. III. §. 137. Schol.*

(515) *l. 2. C. de condict. ob turpem caussam.*

(516) *l. 9. D. de iure fisci.* SCHOEPFER *Diss. de hodierna ludorum iustitia.* BESELIN. *Diss. de rigore iuris Romani circa ludos adprobando.* HILLIGER *Diss. de actionibus occasione ludi competentibus.*

(517) EDICTVM *d. a. 1731. §. 1. seq.*

Liber. XI. Titulus VI.

Si mensor falsum modum dixerit.

Obs. 278. ad §. II.

Præbent) Nam in tanta dignitate vti olim non sunt constituti. Inde eorum opera pro locari solita merito habetur, tenenturque actione locati etiam de culpa leui (518).

Liber. XI. Titulus VII.

De

Religiosis & sumtibus funerum, & vt funus ducere liceat.

Obs. 279. ad §. V.

Hæreticorum) Cum quibus communicare sub pœna excommunicationis non licet (519). Tametsi vero Euangelici recte negent, se esse hæreticos, Romanæ tamen

(518) THOMASIVS *ad* HVBERVM *h. t.* §. *1.*
(519) *Cap. 8. X. de Hæreticis.*

men ecclesiæ tales esse videntur, quæ inde iis denegat communionem cœmeteriorum extra Germaniam. Nam in Imperio tres religiones sunt approbatæ & sic quoad effectus ciuiles pro orthodoxis declaratæ. Inde in Pace Westphalica cautum fuit, quod subditi alterutri ex his approbatis religionibus addicti despicatui non haberi, multo minus publicis cœmeteriis honoreue sepulturæ arceri debeant (520). Sed hoc capitulum pessima fide seruari, vbi Pontificii rerum potiuntur, neque protestantes subditi ius sepulturæ ex possessione anni decretorii 1624. habuerunt, experientia pluribus docet (521).

Obs. 280. ad §. V.

Male) Cum baptismus ex mente Pontificiorum ianua sit, per quam in gremium ecclesiæ & sic eius communionem intramus: consequitur, vt infantibus non baptiza-

(520) INSTRVM. PAC. WESTPH. *Art. 5. §. 35.* BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. III. Tit. 28. §. 41. seq.* IDEM *Diss. de iure denegandi communionem cœmeteriorum.*

(521) HENNIGES *Med. ad Instr. Pac. ad Art. 5. §. 35. p. 621.*

baptizatis honesta deneganda sit sepultura (522).

Obs. 281. ad §. VI.

Irreconciliabiles) Idem etiam de iis dicendum est, qui in Duellis perierunt. His enim ex multorum Pontificum decretis ecclesiastica sepultura denegatur. Quam pœnam repetierunt quoque Cæsarum & principum constitutiones. Sic etiam ludos militares, quos torneamenta dixerunt, non aliter exstirpari posse credidit Pontifex, quam si illi, qui in iis perierunt, sepultura ecclesiastica priuarentur (523). Vnde Torneamenta tandem in desuetudinem abierunt (524).

Obs. 282. ad §. VII.

Ducitur) Datis reuersalibus & soluto pretio den Todten-Zoll. Cuius moris ratio esse videtur, ne huiusmodi transuectionibus homicidia occultentur. Vt igitur iudex scire possit, quo mortis genere perierit defunctus, produci debet testimonium

(522) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. l. c.* §. 47. LYNCKER *Diss. de baptismo Cap. 8.* §. 2. *seq.* LVDOVICI *Diss. de effectibus baptismi iuridicis* §. 27. *seq.*

(523) *Cap. 1. 2. X. de Torneament.*

(524) BOEHMERVS *l. c.* §. 50.

monium publicum ein Todten-Schein (525).

Obſ. 283. ad §. VII.

Cenſetur) Cum ceſſet ratio præſtandorum funeralium, quæ eſt labor & incommodum. Parochus vero vbi obiit ſepeliendus fundatam intentionem habet, ſi defunctus commode ad ſuam parochiam deduci nequeat, veluti ſi metuatur corruptionis periculum (526). Nam labor atque incommodum eſt annexum officio Parochorum indeque iis inuitis aufferri nequit (527).

Obſ. 284. ad §. XI.

Controuertitur) Cum totalis priuatio ſepulturæ, quorſum etiam canina ſeu aſinina pertinet, pœna ſit, quam nemo infligit, niſi qui ius cognoscendi de crimine commiſſo illudque puniendi habet: conſequens eſt, vt ea ad cognitionem magiſtratus politici ſpectet. E contra cum denegatio communionis cœmeterii non ſit priuatio ſepulturæ in genere, ſed tantum eccleſiaſticæ; conſequitur, vt ſepultura

(525) SCHILTER *Exerc. 21. §. 31.*
(526) *Cap. 3. de ſepultur. in 6to.*
(527) BOEHMERVS *Jur. Parochial. ſect. 4. Cap. 2. §. 5. ſeq.*

tura inhonesta simplex, quæ fit absque concursu cleri & populi in loco alias non inhonesto, pœnam ecclesiasticam contineat, adeoque cognitioni magistratus ecclesiastici subiicenda sit (528).

Liber. XII. Titulus I.

Rebus creditis, si certum petatur & de condictione.

Obs. 285. ad. §. II.

Habent) Scilicet contractus veri vel nomen & caussam simul habent, vel caussam sine nomine. Priores dicuntur nominati, posteriores vero innominati. Ex his non nascuntur actiones cognominis, sed actio generalis in factum, vel præscriptis verbis. (529).

(528) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 3. Tit. 28. §. 36. seq.* Conf. SAHME *Diss. de sepulturæ denegatione.* THOMASIVS *Diss. de iure principis euangelici circa solemnia sepulturæ.*

(529) KEMMERICH *Progr. de origine contra-*

Obs. 186. ad §. VI.

Possunt) Ex quo colligitur, fundamentum quasi contractuum non esse consensum tacitum. Nam alias inuiti & ignorantes obligari non possent.

Obs. 287. ad §. XII.

Juris) Scilicet requiritur, vt etiam clerus consentiat. Apud Euangelicos consensu Patroni opus est, nec non eorum qui ecclesiæ præsunt ac vulgo die Kirch-Väter, Kirchen-Vorsteher dicuntur, vel si res sit magni præiudicii Consistorii auctoritas requiritur. In canonicatibus remansit necessitas adhibendi capituli consensum (530).

Obs. 288. ad §. XIII.

Crederem) Cum vero leges (531) de luxurioso adolescente speciatim agant, de maioribus perdituris aliud dicendum videtur.

---

tractuum nominatorum & innominatorum nec non diuersarum actionum inde natarum. RICHTER *Diss. de contractibus innominatis.*

(530) STRYCK *Cautel. Contract. sect. 2. Cap. 1. §. 13.* BOEHMERVS *Jur. Ecclesiast. Protestant. Lib. III. Tit. 16. §. 40.*

(531) Nimirum *l. 12. §. 11. D. Mandat. & l. 24. §. 4. D. de Minorib.*

detur. Nam id quoque in rem domini versum est, quod mutuatus seruus domino emit volenti ad luxuriæ materiam, vel si quid ad turpes sumtus subministrauit, quia non spectamus, an bono domini cesserit, quod consumtum est, sed an in negotium domini (532).

Obs. 289. ad §. XVIII.

Præsumtum) Decipiuntur omnino ii, qui hancce obligationem ex litteris esse negant, eamque ex præsumto mutuo descendere existimant. Nam neque promissio litteralis, neque spes mutui accipiendi mutuum dici potest, ad quod numeratio requiritur. Igitur ex scriptura secundum intentionem contrahentium non nascitur obligatio & actio, sed probatio saltim inde desumitur, tale negotium, ex quo ea nasci possit, inter vtrumque interceſſisse (533). Biennio autem elapso non amplius ex scriptura desumitur probatio, nec ex præsumto mutuo nascitur obliga-

(532) *l. 3. §. 6. D. de in rem verso.* LAVTERBACH *Colleg. Pandect. h. t. §. 20.*

(533) TITIVS *Diss. de contractu litterali putatiuo.* HARTMANN *Diss. de non putatiuo contractu litterali* TITIO *inprimis opposita.* HOHEISEL *quod ex chirographo non oriatur litterarum obligatio.*

tio, sed ex ipsa scriptura, dum queri non potest, obligatur reus, quamuis non ea intentione adhibita fuerit, vt per illam adstringeretur. Vnde dicitur litterarum obligatio (534).

Obs. 290. ad §. XXII.

Intentionem) Jure Ciuili debitor post biennium creditori frustra exceptionem non numeratæ pecuniæ opponit, licet onus probandi in se suscipere velit (535). Sed vsu fori exceptionem doli specialis reo indulgent, si pecuniam sibi numeratam non esse probare velit. Quod tamen alia ratione, quam per iuramenti delationem vix fieri poterit (536).

Obs. 291. ad §. XXVI.

Scientia) Facit enim hæc clausula contractum valere ad instar donationis, & qui scienter indebitum promittit, donasse vide-

(534) §. *vn. Inst. de litterar. obligat.* BOEHMERVS *de Actionibus sect. 2. Cap. 8. §. 57. seq.* BODINVS *Diss. de litterarum obligatione ab erroribus Doctorum vindicata.* DE LVDEWIG *de obligatione litterarum nexuque scripturæ & subscriptoris.*

(535) *l. 14. C. de non numerat. pecun.*

(536) WERNHER *Observat. forens. Part. I. Obs. 6.* VOETIVS *h. t. §. 33.*

videtur (537), nisi iustum errorem probare possit (538).

Obs. 292. ad §. XXVI.

Renunciatum) Cum enim statuto veluti Hamburgi & in Saxonia Electorali, vel consuetudine introduci possit, vt valeat obligatio etiam debendi caussa non expressa: idem procul dubio pacto obligationi adiecto effici poterit (539).

Obs. 293. ad §. XXVIII.

Obligatum) Vera est communis sententia, si caussa debendi in chirographo non expressa est (540). De quo etiam casu leges commode accipi possunt (541). Ea autem expressa, suis confessionibus acquiescere debet, nisi ipse per apertissima rerum argumenta contrarium probare possit (542). Quemadmodum vero in terris Hannoueranis exceptio non numeratæ

(537) *l. 53. D. de reg. iur.*

(538) STRYCK *Cautel. Contract. sect. 2. Cap. 7. §. 7.*

(539) CARPZOV. *Part. I. Const. 17. Def. 40.* Anleitung zum Proceß *Lib. III. Cap. 2. §. 3.*

(540) *l. 25. §. 4. D. de Probat.*

(541) Huc spectant *l. 3. 10. C. de non numerat. pecun.*

(542) *l. 25. §. 4. l. 13. C. eod.* BOEHMERVS *de Actionibus sect. 2. Cap. 8. §. 61. n. 1.*

ratæ pecuniæ non admittitur, nisi intra tres menses a debitore opponatur, simulque non factam esse numerationem ab eodem probetur (543): ita in terris Prussicis hæc exceptio ad reconuentionem reiicitur, ita tamen, vt iuxta ius commune creditor numerationem pecuniæ probare teneatur (544).

Liber. XII. Titulus II.

De

Jureiurando siue voluntario, siue necessario, siue iudiciali.

Obs. 294. ad §. I.

L*oqui)* Putarunt primæui Christiani & patres ecclesiæ, præceptum Christi (545) tam

(543) JVSTITZ REGLEMENT §. *6.* PVFFENDORF *Introduct. ad Proceſſ. Elector. Brunſuic. Luneb. Part. I. Cap. 4. §. 21.* Anleitung zum Proceß *l. c. §. 21.*

(544) EDICTVM vom *27. Febr. 1713.* ibi: Wann dem Kläger aus einer Handschrift oder einem andern Instrument exceptio non numeratae pecuniae entgegen gesetzet, selbige hingegen zur Reconuention verwiesen wird, soll es beym Jure communi bleiben.

(545) MATTH. *Cap. V. v. 34.*

tam stricte seruandum esse, vt a iuramentis plane abstinendum sit. Quam sententiam etiam Anabaptistæ aliisque sectis addicti sequuntur. Cum vero Judæis in veteri Testamento permissa fuerint iuramenta (546), & Christus non venerit, vt legem solueret, sed vt eandem impleret & interpretaretur: consequitur, vt nouam legem non tulerit, sed modo legem Mosis de iuramentis explicauerit. Igitur reprobat Saluator peruersos Pharisæorum mores, vtpote qui docebant, iuramenta esse rem maxime laudabilem, & ostendit, Moisen ex necessitate & ob peruicaciam cordium iuramenta Judæis permisisse, hinc regulariter ab iis abstinendum esse. Quod euincunt ipsa verba Christi, quod præter hoc est, a malo est, id est incredulitati & peruicaciæ cordium tribuendum. Pontifex tamen frustra in eorum castris militat (547), qui Christum de iuramento per creaturas non præstando loqui arbitrantur. Quodcunque enim iuramentum reprobare voluit, prouti docuerit interpres doctrinæ Saluatoris Jacobus (548). Obs.

(546) DEVT. *Cap. XXIII. v. 23.* LEVIT. *Cap. XIX. v. 12.* EXOD. *Cap. XX. v. 7.*

(547) *Cap. 26. X. h. t.*

(548) JACOB. *Cap. V. v. 12.* BOEHMERVS *Jur.*

Obs. 295. ad §. II.

Implicitum) Veluti si quis dicat: So wahr GOtt lebt; So wahr GOtt GOtt ist; Ich will nicht seelig werden. Ich will GOttes Angesicht nicht schauen (549). Quod vero hæc verba; bey Fürstlichen Treu und Glauben; So wahr ich ein ehrlicher Mann bin; Ich will nichts werth oder ein Schelm seyn attinet, ea cum iuramento nihil commune habent, quippe quibus nihil aliud continetur, quam enixior expressio seruandæ fidei. Igitur in quibus negotiis iuramentum necessario pro forma scilicet & ad

---

Jur. Eccles. Protestant. Lib. 2. Tit. 24. §. 15. seq. B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 2.* Conf. BRÜCKNERVS *Progr. Christianis non esse licitum iurare, nisi in casu necessitatis.* ILLVSTRIS AYRER *specimen Jurisprudentiæ consultatoriæ de abusu iuramentorum e republica proscribendo.* KRAVSIVS *Progr. de iureiurando Christianis licito.* STEIN *Diss. de iurisiurandi abusu.* GLAESENER vom Misbrauch der Eide als einer Quelle vieler Meineide.

(549) LAVTERBACH *Compendio Juris p. m. 173. seq.* Vid. LVDOVICI *Diss. de præcipuis iurisiurandi formulis, Hebræis Græcis atque Latinis.* REVSCH *Progr. de iureiurando per genium principis.*

& ad substantiam actus requiritur: ibi illa expressio nihil operatur (550). Vnde etiam Quakerorum formula: Bey Mannen und Worten in iudiciis vim iuramenti non habet (551).

Obs. 296. ad §. III.

Imponunt) Laici iurabant tactis, clerici autem propositis saltem Euangeliis. Clericus enim debebat in corde habere Euangelium & intus & extus quasi totum esse Euangelium. Feminæ Euangelium super collum pendebant indeque euenit, vt digitos imponerent pectori sinistro. Cum enim iurandum esset super sancta Euangelia, perinde videbatur, siue tangerent librum in altari positum, siue contingerent libellum super collo pendulum digitis dextræ duobus vel tribus (552). Pari ratione femina iuratura præter pectus capillos

(550) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 15.* LVDOVICI *Vs. Pract. distinct. iuridic. h. t. Distinct. 15.* ZOLLIVS *Diss. de promissione sub fide generosa* von *Caualiers-Parole. Cap. 6. §. 3. seq.* BOEHMERVS *l. c. §. 5.*

(551) STRYCK *l. c. §. 8.* MENCKEN *Process. Tit. 24. §. 7.*

(552) GVNDLING *in Gundlingianis. Part. IV. Obs. 1. 2.* HEINECCIVS *Element. Jur. German. Lib. III. §. 223. & 227.*

pillos tangere alicubi tenebatur (553). Qui feminarum mos tangendi capillos den Zopf tanquam superstitiosus dudum exoleuit (554).

Obs. 297. ad §. III.

Solemnitates) Sunt etiam apud Euangelicos in nonnullis locis quædam solemnia, dum iuramentum purgatorium in caussis criminalibus præstari debet, vsu recepta, veluti; Daß einige Lichter angezündet, ein Tisch mit schwartzen Tuche bedecket, ein Crucifix, ein Todten-Kopf, eine Sand-Uhr dem Inquisiten vorgesetzet, auch die Bibel, ein blosses Schwerd und ein eiserner Handschuh auf den Tisch geleget werden (555). Alibi saltim additur sententiæ: Daß dabey ein oder mehrere Geistliche gebrauchet werden sollen. Secundum obseruantiam Consistorii Wittebergensis præstatur purgatorium in caussis matrimonialibus vel sponsalia concernentibus flexis ad mensam atro panno adopertam genibus incensis-

(553) ENGAV *Element. Jur. German. Lib. IV. §. 126.*

(554) HEINECCIVS *l. c. §. 223.*

(555) KAYSER *Prax. Criminal. Part. I. Cap. 6 §. 2. p. 319.* LVDOVICI *Diss. de solemnibus iuramentorum.* Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 10. §. 46. lit. a.*

censisque candelis, foribus atque fenestris apertis & venerabili crucis signo Bibliisque propositis (556). Quamuis honoratioribus hæc solemnia remitti soleant (557). Quod Judæorum iuramenta attinet, Judæi inter Germanos habitantes iurabant tactis libris Legis Mosaicæ(558), post nudis pedibus stantes super pelle suilla (559). Hodie sub variis ritibus & solemnitatibus a iudice antea execrati iurare tenentur (560).

(556) BERGER *Elect. Jur. Matrimon. §. 36.*

(557) RIVINVS *Enunc. Jur. Tit. 32. Enunc. 7.* NAEVIVS *de Jurament. Part. 3. Cap. 10. §. 7.* BOEHMERVS *l. c. §. 26.*

(558) ENGAV. *l. c. Lib. IV. §. 128.*

(559) Quem ritum nugis accensetAVCTOR *Glossæ ad Jus Weichbildicum Art. 135.* Idem tamen obseruatur Wratislauiæ, si fides habenda est SEIDELIO *Processu Silesiaco Lib. 2. Cap. 11. §. 28.* Der Jude muß seinen rechten Arm bis an die Brust entblössen und dieselbe Hand auf die Ebräische zehn Gebothe legen, auch auf einer frischen Säuhaut, so die Borsten empor kehret, mit blossen Füssen stehend schweren.

(560) ORDIN. CAMERAL. *Part. I. Tit. 86.* Vbi etiam formula inuenitur, secundum quam Judæi iuramentum præstare debent. WILDVOGEL *Diss. de iuramento Judæorum.*

Obſ. 298. ad §. VII.

Nactus) Hac relaxatione opus eſſe ad ſtabiliendam auctoritatem ſuam crediderunt Pontifices. Dicunt enim perſonæ quidem nullum ius acquiri, bene autem Deo, indeque a Pontifice & Episcopis vt vicariis Dei petendam eſt relaxationem. Sed cum in iuramento Deo nihil promittatur, quippe qui ſaltim vt vindex periurii inuocatur: conſequitur, vt nulla relaxatione opus ſit (561).

Obſ. 299. ad §. XII.

Manet) Veluti ſi quis etiam rei vindicationem habeat. Vtilior hæc eſt, quia etiam contra tertium poſſeſſorem competit, cum illa, quæ datur ex iuramento ſolummodo perſonalis ſit.

Obſ. 300. ad §. XV.

Recepta) Licet hæc ſententia iniquitate quadam laborare videatur. Cum enim ipſe infamis & de periurio ſuſpectus iurare nequeat: ei cui delatum eſt iuramentum præter meritum iniqua conditio infertur, quia illud referri nequit, & præterea deferens a præſtatione iuramenti calum-

(561) BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. II. Tit. 24. §. 12. 50. ſeq.*

calumniæ immunis est, adeoque impune cuiuis iuramentum deferre potest (562).

Obs. 301. ad §. XVI.

Volenti) Alii iuramenti præstationem differendam esse existimant, donec pupilli ad maiorem ætatem peruenerint (563). Ansam disceptandi præbuit formula: bis sie ihre Mündigkeit erreichet, cum voce Mündigkeit tam pubertas, quam maiorennitas designari soleat. Sed verior videtur eorum sententia, qui vocem Mündigkeit de plena pubertate accipiunt. Nam 1) facit fauor expediendarum litium, quarum diuturnitas reipublicæ partibusque valde onerosa est, vt ad terminum maioris ætatis iurisiurandi præstatio non differenda sit, præcipue cum etiam in caussa criminali satis odiosa pro accusatore minor ad testimonium dicendum citari adeoque ad iurandum vt testis compelli possit (564). Accedit 2) legibus

(562) BEIER *h. t.* §. 87. *lit. s.* BROCKES *Diss. de periuro iudiciale iuramentum non deferente.* Conf. tamen HEILBRONNER *Diss. de iusta iurisiurandi a periuro aut infami facta delatione.*

(563) STRYCK. *Caut. Juramt. Part. II. sect. 1. Cap. 3. n. 17. 24.*

(564) *l. 20. D. de Testib. l. 9. C. eod.*

Germanorum plerisque perfectam ætatem anno decimo octauo circumscriptam & ad negotia magni ponderis perficienda sufficere visam fuisse (565). Quidquod 3) Jure Feudali Alemannico (566) diserte cautum sit; iuramenti præstationem in omnibus caussis ciuilibus & feudalibus differendam esse, donec minor ad annum decimum octauum peruenerit, adiecta ratione, quod ante plenam pubertatem minor nondum censeatur Witze haben, id est, iudicium confirmatum habere (567). In Saxonia Electorali expresse sancitum est, vt ætas XIIX. annorum sufficiat (568).

Obs.

---

(565) DE LVDEWIG *ad Aur. Bull. Tom. I. p. 734. seq.* IDEM *Diss. de ætat. puber. Cap. 3. & 4.*

(566) JVS FEVD. ALEMANN. *Cap. 51. §. 1.*

(567) SCHILTER *Cod. Jur. Feud. Alemm. p. m. 278.* MENCKE *Progr. 8. p. 899. seq.* IDEM *Proceſſ. Tit. 18. §. 28.* Add. CELEB. C. F. WALCHIVS *Diss. de iurantis legitima ætate §. VII. VIII.*

(568) ORD. RECOGN. *Tit. 18. §. 4.* Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 13. §. 21.* COD. FRID. *Part. III. Tit. 30. §. 6. & 7.* hæc disponit: Die Vormünder müssen die ihnen deferirten Eyde de credulitate abschwören, es wäre dann, daß es Dinge, so ihr proprium

Obs. 302. ad §. XVII.

Famosis) Cum scilicet ciuiliter, non criminaliter agatur (569).

Obs. 303. ad §. XIX.

Elapsus) Cum iuramenti delatio speciem probationis sit (570), & post elapsum terminum probatorium nullæ probationes amplius admittantur (571): consequens est, vt elapso termino probatorio iuramenti delationi amplius locus esse nequeat (572).

prium factum angingen, betreffe. Fodert aber jemand den Eyd von den Pupillen oder Minorennen selbst, müssen diese wenn sie das achtzehnte Jahr, oder in Ehe- und Schwängerungs-Sachen das sechzehnte Jahr ihres Alters erfüllet, nach vorher gegangener genugsamer Erklärung und Erinnerung dem Befinden nach den Eyd entweder acceptiren und selbst abschwören, oder referiren; Die Pupillen aber und andere Minores sollen so lange damit verschonet bleiben, bis sie ihr achtzehntes Jahr erlanget.

(569) STRYCK *Cautel. Jurament. Part. II. sect. 2. n. 97. seq.* MENCKE *Proceß. Tit. 18. §. 7.*

(570) *l. 5. §. 2. l. 35. l. 38. D. h. t. l. 25. §. 3. D. de Probat.* BOEHMERVS *Diss. de probatione per iuramenti delationem.*

(571) Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 9. §. 4.*

(572) *Ibidem Lib. I. Cap. 13. §. 3.*

Obſ. 304. ad §. XXI.

Tenetur) Quod iuramentum calumniæ tamen deferens in terris Pruſſicis præſtare haud tenetur (573).

Obſ. 305. ad §. XXII.

Octiduum) Verum hoc fatale in Saxonia Electorali ſublatum fuit & iudici incumbit intra octiduum, ex quo ſententia in rem iudicatam tranſiit, parte petente vel etiam ex officio terminum ad iurandum ſpatium Saxonicum continentem præfigere & ad eundem partes citare (574). In terris Pruſſicis is, cui iuramentum delatum fuit, illud intra 14. dies a die iudicati computandos vel acceptare, vel deferenti referre tenetur, quo facto iudex terminum ad præſtandum iuramentum præfigere debet (575).

Obſ. 306. ad §. XXIII.

Velit) Et quidem in continenti. Si vero dicat, nouas ſuperueniſſe probationes, pro-

(573) COD. FRID. *Part. III. Tit. 16. §. 3.*
(574) ORD. RECOGN. *Tit. 18. §. 7.*
(575) COD. FRID. *Part. III. Tit. 30. §. 12.* Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 13. §. 12.*

probare vel saltem iurare debet, quod de iis antea nullam scientiam habuerit (576).

Obs. 307. ad §. XXIV.

Præstito) Feciſſe enim videtur, per quem non ſtat, quo minus faciat (577). In Saxonia Electorali etiam hoc caſu heredes de credulitate iurant (578).

Obs. 308. ad §. XXVI.

Exonere:) Cum iurisiurandi conditio ei displicere non debeat, qui ipſe iusiurandum detulit (579).

(576) Anleitung zum Proceß *l. c. §. 10.* COD. FRID. *Part. III. Tit. 21. §. 15.* ibi: Die Wiederrufung eines acceptirten Eydes ſoll nicht anders zugelaſſen werden, als wenn der Deferent entweder eydlich erhärten kann, daß er durch vorhin ihm unbekandte Briefſchaften, oder Zeugen den Beweiß übernehmen wolte, oder im Stande iſt, den Acceptanten ſo fort in Termino, der nicht prorogiret werden ſoll, klar und deutlich eines Meineydes zu überführen. Add. *Tit. 30. §. 16. 17.*

(577) *l. 39. D. de reg. iur.*

(578) ORD. RECOGN. *l. c. §. 8.* STRYCK *Diſſ. de morte loco iurisiurandi.*

(579) *l. 34. §. 7. D. h. t.* BERGER *Oeconom. Jur. Lib. 4. Tit. 25. §. 2.* STRYCK *Caut. Jurament. Part. 3. Sect. 2. Cap. 3. n. 93.* Anleitung zum Proceß *l. c. §. 33.* LAUTERBACH

Obſ. 309. ad §. XXVII.

Regreſſus) Qui in Saxonia Electorali ſublatus fuit. Suppletorio tamen vel purgatorio locus relinquitur, ſi ſemiplene, vel minus quam ſemiplene probatum ſit (580). In terris Pruſſicis hæc probatio pro exoneranda conſcientia die Gewiſſens-Vertretung penitus abrogata eſt (581).

Obſ. 310. ad §. XXX.

Reo) Cum enim in dubio rei partes fauorabiliores ſint, quam actoris; conſequitur, vt ſi vterque probationes æquales attulerit, iusiurandum reo deferendum ſit (582).

Obſ. 311. ad §. XXXII.

Mutauit) Et quidem recte. Alias enim nec probatio per teſtes admitti poſſet, quia tunc reus itidem inuitus in matrimonium detruditur. Igitur vbi adeſt ſemiplena

---

BACH *de relatione iuramentorum, Theſ. 107.*

(580) ORD. RECOGN. *Tit. 19. §. 1.* Anleitung zum Proceß *l. c. §. 28.* Vid. GRIEBNER *Diſſ. de probationibus iurisiurandi declinandi cauſa ſuſceptis.*

(581) COD. FRID. *Part. III. Tit. 21. §. 14. Tit. 30. §. 12.*

(582) LVDOVICI *Diſſ. de probabilitate eiusque effectu Cap. 2. §. 7.*

na probatio suppletorio locus est, donec doceatur exceptio (583).

Obs. 312. ad §. XXXIV.

Adprobatum) Dicebatur etiam iustum seu diuinum iudicium propter reliquiarum præsentiam, qua occulta & secreta modo miraculoso manifestari censebantur (584).

Obs. 313. ad §. XXXV.

Potest) Quod scilicet suspectis actibus & vita sua inquisitioni occasionem dederit. Aequum enim est vt expensas sua culpa caussatas refundat. Igitur ab iis liberatur, si 1) ei nulla culpa imputari possit, sed mero infortunio ad purgatorium grauatus sit, 2) si purgatorium ab eo nulliter exactum fuerit (585). Excipiuntur tamen sumtus, qui in defensionem & alimenta inquisiti facti sunt die Defensions- und Atzungs-Kosten, quippe quos sine vllo discrimine præstare tenetur (586).

(583) Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 8. §. 11.*

(584) BOEHMERVS *Diss. de vsu iuramenti purgatorii in criminalibus §. 12. seq.*

(585) Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 10. §. 47.* BOEHMERVS *Diss. de expensis criminalibus Cap. 3. §. 8. seq.*

(586) GRIEBNER *Principia Proceff. Lib. 2. Cap. 10. §. 11.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0197
DFG

Obſ. 314. ad §. XXXVI.

Teſtes) Quod vel ideo verum eſt, cum in materia probationis teſtes inſtrumenti vocabulo comprehendantur (587). Et verba citatæ legis 31: noua inſtrumenta, quibus ſolis vſurus eſt, teſtes non excludant, ſed tantum ea inſtrumenta, quæ quis iam antea habuit, quod ſcilicet illa cum inſtrumentis nouiter repertis coniungi non poſſint (588). In Saxonia tamen Electorali tantum probatio per inſtrumenta nouiter reperta admittitur (589).

Obſ. 315. ad §. XXXVII.

Saxonico) Ita etiam in terris Brunſuicenſibus & vbi Jus Lubecenſe obtinet pro-

(587) *l. 1. D. de fide inſtrument.*

(588) Anleitung zum Proceß *Lib. 1. Cap. 13. §. 41.* STRYCK *Diſſ. de probation. contra præſt. iuram. legal. Cap. 3. §. 6. 7.* Vid. MENCKEN *Diſſ. de cauſſa ob præſtitum iuramentum iudiciale deciſa probato periurio redintegranda.*

(589) ORD. RECOGN. *Tit. 30. §. 3.* COD. FRID. *Part. III. Tit. 31. §. 12.* ibi: Wenn der verliehrende Theil nach abgeſtatteten Eyde und beſchehener Execution das periurium beweiſen wolte, ſoll ihm ſolches frey gelaſſen und darunter wie *Tit. 30. §. 16.* verſehen, verfahren werden.

procurator, si vel maxime speciali mandato instructus esset, pro principali iuramentum praestare nequit (590). In terris vero Prussicis ille, qui iuramentum ipsi delatum acceptauit, illud per procuratorem, cui speciale mandatum dedit, praestare potest (591).

Obs. 316. ad §. XLI.

Potest) Quia scilicet parti ante condemnationem nullum ius quaesitum est (592).

Obs. 317. ad §. XLII.

Condemnari) Cum enim hoc iuramentum saltem a calumniae suspicione liberet, in expensas vero victus condemnatur etiam propter temeritatem (593): consequitur, vt si de hac ex Actis constet, in expensas condemnandus sit (594).

Liber.

---

(590) Anleitung zum Proceß *l. c. §. 20.* STEIN Abhandlung des Lübischen Rechts *Part. IV. §. 235.*

(591) COD. FRID. *Part. III. Tit. 30. §. 12.* Conf. GNVGE *Diss. de iureiurando Judæi per procuratorem christianum.*

(592) BEIER *h. t. §. 159.*

(593) *§. 1. Inst. de pœna temere litig. l. 15. C. de Judiciis.*

(594) Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 19. §. 5.*

Liber. XII. Titulus III.
De
In litem iurando.

Obſ. 318. ad §. III.

Adtenditur) Omne adfectionis pretium extra rem ex adfectibus hominum circa rem quandam concurrentibus oritur. Auarus nummis ſolummodo intentus erga res ſingulares nullam fouet adfectionem. Ambitioſus contra res magni æſtimat, quatenus eo ipſo ambitioni ſatisfacere poteſt. Voluptuoſus itidem circa res quasdam adfectionem habet, quia voluptati inſeruiunt. Sicuti vero iuramentum adfectionis ſemper locum habet, quando adeſt adfectio in ipſa re, v. g. raritas, vt res ſimilis vel plane non, vel admodum difficulter haberi poſſit (595): ita adfectio extra rem tunc demum adtenditur, ſi ex ambitione prouenit (596), non ſi ex voluptate (597).

Obſ.

(595) *l. 5. §. 3. D. h. t. l. 68. D. de rei vindicat.*

(596) *l. 35. D. Minorib. l. 36. D. de bon. libertor.*

(597) *l. 6. §. 2. D. de oper. ſeruor.* THOMASIVS *Diſſ. de pretio adfectionis in res fungibiles*

Obſ. 319. ad §. VI.

Tradere) Nam in *l. 68. D. de rei vindicatione* in genere aſſeritur, quod in omnibus actionibus, vbi quid reſtituendum, locum habere debeat hoc iuramentum. Vox reſtitutionis vero eſt generaliſſima & traditionem quoque complectitur (598).

Obſ. 320. ad §. VI.

Hodie) Cum omnes contractus ſint bonæ fidei & tantum valeat officium iudicis ex bono & æquo, quantum apud Romanos in ſtipulatione nominatim facta rei interrogatio (599). Sed etiam iure Romano in contractibus ſtricti iuris locum habere potuit hocce iuramentum affectionis, ſi quis iubetur, talem rem reſtituere, quæ affectionem recipiat (600).

Obſ.

---

gibiles non cadente Cap. 1. §. 24. ſeq. Conf. LEYSER *Diſſ. de discrimine iuris-iurandi affectionis in infinitum ac in immenſum* CRAMER *Diſſ. de iuramento in litem affectionis & veritatis.*

(598) *l. 22. D. de verb. ſignif.* THOMASIVS *cit. Diſſ. Cap. 3. §. 21. ſeq.*

(599) GVNDLING *Diſſ. de Vſu practico Actionum bonæ fidei & ſtricti iuris Cap. 2.*

(600) *l. 5. §. 4. D. h. t.* THOMASIVS *cit. Diſſ. §. 25. ſeq.*

Obſ. 321. ad §. IX.

Poteſt) Quod iuramentum introductum eſt 1) propter difficillimam probationem, quænam res fuerint & cuius æſtimationis, 2) in odium eius, qui vim intulit. Ne vero actor iuret in immenſum, iudicis eſt, vt taxet iurisiurandi quantitatem, quam actor iureiurando excedere nequit (601).

Obſ. 322. ad §. X.

Minorationis) Quod iuramentum tamen vix rationem habere videtur. Si enim non puduit illum, res alienas per vim aufferre, nec religioni ſibi ducet peieraſſe (602). Vnde illud in Saxonia Electorali plane abrogatum fuit (603).

Liber.

---

(601) BRVNNEMANN *ad l. 9. C. vnde vi n. 4. 5.* HORN *Diſſ. de ſacramento Zenoniano.*

(602) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 13.* STRECKER *Diſſ. de iuramento minorationis.*

(603) ORD. RECOGN. *Tit. 31. §. 1.*

Liber. XII. Titulus IV.

De

Condictione cauſſa data, cauſſa non ſecuta.

Obſ. 323. ad §. V.

Pertinebat) Scilicet do vt des, do vt facias. Nam ius Romanum ante vnius implementum vtrique concedebat pœnitentiam, poſtea ſoli illi, qui adimpleuerat & quidem cum effectu, vt per condictionem datum repetere poſſit. Sed cum hodie ex pacto actio detur: conſequens eſt, vt etſi neuter adhuc aliquid dederit, tamen regulariter in vtroque pœnitentia ceſſet, & qui ex ſua parte ſatisfecit promiſſo, quod dedit repetere nequeat.

Obſ. 324. ad §. IX.

Deſumtum) Sed inde nullum argumentum deſumi poteſt. Nam ſtricti iuris negotium concipi nequit, vbi per verba, quibus inhærebatur, nihil conuentum eſt. Igitur quod vſuræ in hoc iudicium non veniant, minime inde eſt, quia eſt ſtricti iuris, ſed quia tantum ex æquitate in id datur, quatenus accipiens locupletior factus fuerit (604).

Liber.

(604) BOEHMERVS *de Actionib. ſect. 2. Cap. 5. §. 21.*

Liber. XII. Titulus V.
De
Condictione ob turpem vel iniuſtam cauſſam.

Obſ. 325. ad §. I.

Iniuſta) Cauſſam turpem dicunt, ſi aliquid datum ratione alicuius præſtandi in futurum, quod intuitu accipientis turpe ſit. E contra iniuſtam cauſſam vocant, ſi ea ſit præterita, veluti ſi repeto pecuniam ex coacta ſtipulatione ſolutam (605), vel fructus a malæ fidei poſſeſſore conſumtos (606). Sed omne turpe iniuſtum & omne iniuſtum turpe eſt, & turpitudo ſemper manet, ſiue tanquam præterita, ſiue tanquam futura concipiatur (607).

Obſ. 326. ad §. II.

Proficiſcitur) Sed verius eſt, hanc condictionem dari aduerſus heredes, cum omnes actiones rei perſecutoriæ aduerſus heredes competant (608).

Liber.

---

(605) *l. 7. D. h. t.*

(606) STRVVIVS *Exerc. 18. §. 28.*

(607) BOEHMERVS *l. c. §. 25.*

(608) *§. 1. Inſt. de perpetu. & temporal. Actionib. §. 9. Inſt. ad Leg. Aquil. l. 7. §. 2. D. de Condict. furtiu.*

Liber. XII. Titulus VI.
De
Condictione indebiti.

Obſ. 327. ad §. I.

Promutuum) Quia ſcilicet ſicuti in mutuo res fit accipientis; ita etiam in caſu ſoluti indebiti, cum ad translationem dominii ſufficiat titulus putatiuus. Igitur actio realis contra tertium non competit, ſed tantum perſonalis contra accipientem.

Obſ. 328. ad §. III.

Dicamus) Immo non. Nam hæc condictio vnice illud lucrum perſequitur, quod quis indebite accepit (609). Sed accipiens nullas vſuras indebitas accepit, earumque nomine in lucro non hæret, alterque ſibi imputare debet, quod ante diem ſoluerit (610).

Obſ. 329. ad §. IX.

Volui) Sed ceſſante cauſſa, ceſſat etiam animus donandi. Igitur hæc legis diſpoſitio potius pœna præcipitantiæ eſt, quod non melius in id inquiſiuerit, an eius negotia ab altero fuerint adiuta.

(609) *l. 1. C. h. t.*

(610) BOEHMERVS *de Actionib. ſect. 2. Cap. 5. §. 29.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0205
DFG

Obſ. 330. ad §. X.

Parit) Scilicet quatenus quis lucro quodam acquirendo priuatur. Qui vero de ſuo aliquid amiſit, condictionem habet (611), veluti ſi ex iuris ignorantia vſuras vſurarum ſoluit (612). Fundamentum enim huius condictionis eſt, ne quis cum damno alterius locupletetur (613).

Obſ. 331. ad §. XIV.

Probauit) In pœnam enim improbæ negationis accipienti probandum eſt, pecuniam ſibi fuiſſe debitam (614).

Liber XIII. Titulus I.
De
Condictione furtiua.

Obſ. 332. ad §. III.

Participet) Quia qui id fecerunt, ita ope furtum iuuerunt, vt cum ope ſimul rei furtiuæ contrectatio concurrerit (615).

Obſ.

(611) *l. 7. 8. D. de iur. & fact. ignorant.*
(612) *l. 26. pr. §. 1. D. h. t.*
(613) BOEHMERVS *de Actionib. ſect. 2. Cap. 5. §. 27.*
(614) *l. 25. D. de Probation.*
(615) *l. 53. §. fin. D. de verb. ſignif.*

Obſ. 333. ad §. IV.

Reſtituunt) Quod tamen in Saxonia Electorali hodie aliter ſe habet, ita vt heredes, ſi res furtiuæ in natura non extent, pretium pro re nata a læſo iureiurando indicandum ex bonis a fure relictis indiſtincte præſtare teneantur (616).

Obſ. 334. ad §. VI.

Irrationabilis) Hinc iudices abſolute res furtiuas læſo reſtituere debent (617). In quibusdam tamen terris veluti Heluetia vti plura alia irrationalia, ita huius iniqui iuris vſus etiam viget (618).

Obſ. 335. ad §. VI.

Repetat) Sed 1) vitium furti ad quemuis tranſit poſſeſſorem (619); 2) iudex

 ſciens

(616) MANDATVM ELECTORALE *d. a. 1719.* von Geſchwinder Exequirung der Diebe §. Wir wollen. MENCKE *Diſſ. de reo eiusque herede pœnam corporis afflictuam merente obligato §. 31.*

(617) REC. IMP. *d. a. 1559. §. 35.*

(618) MYLER *ab* EHRENBACH *de principib. & ſtatib. Imper. Part. 2. Cap. 38. §. 6.* KRESSIVS *ad* CONST. CRIM. CAROL. *Art. 207. n. 1.*

(619) *l. 11. D. de acquir. vel retinend. poſſeſſ.*

ſciens eſſe rem furtiuam eſt in mala fide, adeoque præſcriptione ab eo acquiri nequit dominium. Vnde Jus Prouinciale hac parte vſu approbatum non eſſe reſpondit Facultas Juridica Lipſienſis his verbis: Denen Gerichten aber ſind ſolche geſtohlene Sachen nicht verfallen (620).

Liber. XIII. Titulus III.

De

Condictione Triticaria.

Obſ. 336. ad §. I.

Putant) Rectius procul dubio ii ſentiunt, qui hanc condictionem a primis Edicti Prætorii verbis denominatam fuiſſe arbitrantur: Triticum, vinum, oleum ſi petatur, condictionem dabo (621).

Obſ. 337. ad §. II.

Ad intereſſe) Scilicet petitur hac condictione pretium rei in contractum deductæ,

(620) MENCKE *cit. Diſſ.* §. 13. Conf. STRAVCHIVS *Diſſ. de condictione furtiua.*

(621) STRAVCHIVS *Diſſ. de condictione Triticaria ſect.* 4.

ctæ, quæ vel præstari amplius non potest, vel quam actor propter moram ex iusta caussa accipere recusat. Quoniam vero in contractibus bonæ fidei æstimatio in subsidium debeatur ex ipso contractu, sic ex illo agi debeat (622): consequitur vt hæc condictio tantum in negotiis stricti iuris locum habuerit, quippe in quibus obligatio se tantum ad ea extendebat, quæ expressa erant, indeque æstimatio, cum non esset expressa, peti haud poterat (623).

Liber. XIII. Titulus IV.

De

Eo quod certo loco dari oportet.

Obs. 338. ad §. III.

Introduxit) Debebat enim fieri commemoratio loci, quo promissum erat, ne

(622) *l. 7. pr. §. 1. D. de eo quod certo loco.*
(623) BOEHMERVS *de Actionib. sect. 2. Cap. 5. §. 44. seq.* STRYCK *Diss. de condictione triticiaria.* WACHENDORF *Diss. de condictione Triticaria.*

ſcilicet loco plus petatur (624). Hodie quidem hæc actio deficit, & ea quæ ex ipſo contractu fluit inſtituitur, ſed loci tamen facienda eſt commemoratio, ne plus petere videatur actor (625).

Liber. XIII. Titulus V.

De Conſtituta pecunia.

Obſ. 339. ad §. I.

Pactum) Conſtituere idem notat ac firmare, animo deliberato decernere. Igitur cum quis nudo pacto debiti præcedentis ſolutionem promitteret: Prætor ratus, id animo deliberato eſſe factum, actionem conceſſit, vt tamen integrum eſſet actori, vtrum ex cauſſa priori debendi, an ex conſtituto agere malit (626).

Liber. XIII. Titulus VI.

Commodati, vel contra.

Obſ. 340. ad §. III.

Furtum) Inde iure Romano duplum vſus non rei præſtandum erat, id eſt dupli-

(624) *§. 33. Inſt. de Action.*
(625) BOEHMERVS *l. c. §. 53.*
(626) *l. 18. §. 3. l. 28. D. h. t.* HERTIVS *Diſſ. de Conſtituto.*

duplicatum pretium, quod pro vsu haberi poterat (627). Hodie pœna arbitraria locum habet (628).

Obſ. 341. ad §. IIX.

Obligationem) Non enim ſalua fide minorem rebus commodatis quam ſuis præſtabit diligentiam (629). Sed minorem præſtaret diligentiam commodatarius in rebus commodatis, quam in ſuis, ſi illas quamuis viliores poſtponeret his tametſi pretioſioribus (630). Sed ſi etiam apud dominum res commodata fuiſſet peritura, ceſſare debet reſtitutio (631).

Obſ. 342. ad §. XII.

Diligentiæ) Culpa enim dicitur factum inconſultum, quo alteri iniuria nocetur, & nascitur ex omiſſione debitæ diligentiæ. Sicuti vero diligentiæ, ita etiam negligentiæ tres ſunt gradus, vt ſit magna, maior, maxima (632).

(627) *l. 12. §. fin. l. 46. §. 1. D. de Furt.*

(628) *Arg.* CONST. CRIM. CAROL. *Art. 160. & 170.*

(629) *l. 32. D. Depoſiti.*

(630) SCHILTER *Exerc. 25. §. n. ſeq.*

(631) *l. 14. §. n. D. Quod metus cauſſa* STRYCK *Diſſ. de ſaluo regreſſu Cap. 2. n. 17 ſeq.*

(632) THOMASIVS *Diſſ. de vſu practico diffi-*

Obſ. 343. ad §. XXIV.

Reſpondimus) Licet enim tutor qui pupillo exhibet beneficium ſecundum regulam: quicunque alteri beneficium vel officium humanitatis præſtat, ab illo ſalua æquitate nihil vlterius quam doli & & culpæ latæ præſtatio exigi poteſt, ſaltem culpam latam præſtare teneretur; tamen fauore pupilli placuit, vt leuem præſtaret (633). Negotiorum geſtor vero & mandatarius ad exactiſſimam diligentiam tenentur, cum ille ſe ſponte contractui obtulerit (634), hic vero negotium ſuſceperit, in quo ſumma requiritur induſtria.

Liber.

---

difficillimæ doctrinæ Juris Romani de culparum præſtatione in contractibus. H. DE COCCEJI *Tractatus de doli, culpæ & negligentiæ præſtationibus in quolibet negotio.* WAGNER *de arbitrio iudicis circa quæſtionem de præſtationibus culparum in contractibus obuenientem.* CELEB. DE HAKEMANN *Diſſ. de culpa.* PVFFENDORFFIVS *Commentatio de culpa.*

(633) *l. 1. D. de tutor. & rationib. diſtrahendis*

(634) *Obſ. 145.*

Liber. XIII. Titulus VII.

De

Pignoratitia actione, vel contra.

Obſ. 344. ad §. IV.

Nata) Scilicet ante ſolutum debitum actio hæc inſtitui nequit. Sed agere non valenti etiam non currit præſcriptio. A die vero ſolutionis, vt aliæ actiones perſonales, triginta annis præſcribitur (635).

Obſ. 345. ad §. IV.

Tertium) Etiamſi hic iterum iure pignoris rem poſſideat (636). Oritur enim hæc actio ex contractu indeque perſonalis eſt. Igitur contra poſſeſſorem agere debet vel rei vindicatione, vel actione a creditore ceſſa (637). Nec obſtat *cit. cap. 6.* cum Pontifex quidem actionem contra tertium concedat, ſed genus actionis non exprimat, adeoque conueniens actio, qualis

(635) BEIER *h. t. §. 33. ſeq.*

(636) *l. 40. §. 2. D. h. t.*

(637) SCHILTER *Exerc. 26. §. 10.*

est rei vindicatio, intelligi debeat (638). Non tamen secundus creditor restituere tenetur pignus, sed doli exceptione iuuatur, donec pecunia soluta fuerit (639).

Obs. 346. ad §. V.

Noodtii) Si enim in pignore veniret culpa, vt in commodato, & præterea etiam custodia: consequens esset, vt in commodato tantum culpam leuem, in pignore vero etiam leuissimam præstari oporteat. Id quod tamen menti ipsius ICti aduersum est, quippe qui eam duntaxat diligentiam exigit, qualem in rebus suis adhibere solet diligens paterfamilias (640).

Obs. 347. ad §. VII.

Compensatur) Cum nihil aliud sit antichresis expressa, quam quædam locatio fundi, ita vt vsuræ alias præstandæ cum locario compensentur (641): consequitur, vt sicuti conductor locatori non tenetur ad rationes reddendas, si minori merce-

(638) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. I. Tit. 2. §. 72.*
(639) *l. 13. §. 2. D. de pignor. action.*
(640) *l. 14. D. h. t.* NOODT *Probabil. Lib. 1. Cap. 4. Lib. 4. Cap. 3.*
(641) *l. 14. 17. C. de Vsuris.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0214
DFG

mercede prædium conduxerit, ita nec creditor antichreticus. Lex vero citata 3. restringenda est ad antichresin tacitam, quia ibi fructuum perceptio creditori vice vsurarum expresse non indulta fuit. Nullum ergo remedium supereſt, nisi probetur, debitorem in æstimatione vsurarum vltra dimidium læsum esse (642).

Liber. XIV. Titulus. I.
De
Exercitoria actione.

Obs. 348. ad § III.

Tenentur) Quod ideo receptum esse dicunt, ne absterreantur homines ab exercendis nauibus, si intelligerent, se ex facto magistri quasi in infinitum teneri (643). Sed vbi receptio huius iuris singularis

(642) NOODT *de vsur. & fœnor. Lib. 2. Cap. 9.* STRVCK *Vs. Mod. h. t. §. 4. 5.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 5.* KEMMERICH *Diss. de creditore antichretico rationes non reddente.* MANZEL *Diss. de limitibus contractus antichretici.*

(643) GROTIVS *de Jur. bell. & pac. Lib. 2. Cap. 11. §. 13.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0215 DFG

laris probari nequit; sequimur ius Romanum, ne absterreantur homines a contrahendo cum magistro nauis, si pro vnius facto in tot debitores se distringi videant (644).

Liber. XIV. Titulus II.

De

Lege Rhodia de iactu.

Obs. 349. ad §. IV.

Seruatæ) Jus enim petendæ contributionis semel ob res per iactum seruatas quæsitum tam diu durat, quam diu illæ res extant (645).

Obs. 350. ad §. V.

Deriuationis) Procul dubio vero Hauaria nomen accepit a portu den Haven, quo-

(644) STRYCK *Vs. Mod. h. t. §. 16.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Q. 2.* BOEHMERVS *Diss. de discrimine tempestatis marinæ* vom See-Schaden. TEMMINCK *Diss. de exercitoria actione.*

(645) *Arg. l. 16. §. 2. D. de euiction.* PAVLVS *Lib. 2. sententiar. Tit. 7. §. 2. ibique* SCHVLTINGIVS *n. 8.*

quoniam contributio ſtatim fiebat in portu, nec ante merces ſeruatæ tradebantur (646).

Obſ. 351. ad §. V.

Debuiſſent) Inde in prouerbio dicitur: die ſo in einem Schiffe zur See ſeynd, ſind gleich reich (647). Quod vero etiam nauis Hauariæ ſubſit hæcce paroemia indicat: Haverey gehet über Schiff und Guth.

Obſ. 352. ad §. VI.

Debet) Igitur ſufficit ſi damni reparationem conſequatur. Cum vero reliqui ex rebus per iactum ſeruatis tantum lucri capiant, pro huius quantitate recte conferunt, quia in tantum illarum cauſſa facta eſt melior (648).

Obſ. 353. ad §. VII.

Factæ) Cum enim ſeruanda ſit æqualitas, etiam hic pati debet damnum, quod certe non pateretur, ſi omne id, quod per iactum

(646) WERNHER *Diſſ. de Hauaria.* VON BOSTEL *Diſſ. de contributione propter iactum marinum vulgo Auaria.* LVBECK *Diſſ. de iure Auariæ ſingulari.* SCHROETER *Diſſ. de Auaria* Haverey-Recht.

(647) HERTIVS *Lib. I. Paræm. 37.*

(648) STRYCK *VſMod. Pandect. h. t. §. 6.*

iactum perdidit, a reliquis consequeretur (649).

Liber. XIV. Titulus III.

De

Institoria actione.

Obs. 354. ad §. II.

Nequit) Quia scilicet personæ industria electa est. Id enim valde singulare est, quod magister nauis ignorante exercitore alium substituere possit. Quod vero contra iuris rationem introductum fuit, ad consequentias produci non debet (650).

Liber. XIV. Titulus IV.

De

Tributoria actione.

Obs. 355. ad §. I.

Datur) Hæc tributio fit pro rata eius, quod cuique debetur (651). Licet vero

(649) STRVVIVS *Exerc. 20. §. 19. 20. ibique* MVLLERVS. VOETIVS *h. t. §. 15.*
(650) *l. 141. D. de reg. iur.*
(651) *l. 5. §. fin. D. h. t.*

vero peculium non intelligatur, nisi deducto eo, quod seruus domino debet (652): tamen in actione tributoria deductionis priuilegium cessat, & dominus æquali iure cum reliquis creditoribus in tributum vocatur (653).

Liber. XIV. Titulus. VI.

Ad

Senatus Consultum Macedonianum.

Obs. 356. ad §. I.

Incertis) Nomina incerta dicuntur eadem, quæ mala, fidei leuis & dubiæ sunt, atque opponuntur nominibus bonis & certis. Igitur Macedo sequebatur nomina incerta propter incertum mortis euentum, vt plures centesimas sibi stipulari posset (654).

Obs.

(652) *cit. l. 5. §. 5. seq.*
(653) *l. 1. pr. eod.*
(654) NOODT *de Vsur. Lib. 2. Cap. 13.* Putat quidem THEOPHILVS *ad §. 7. Inst. Quod cum eo qui in alien. potest.* a filio. fami-

Obſ. 357. ad §. III.

Mohatra) Hispanis hanc vocem originem debere ſtatuunt, cuius eandem ſignificationem volunt, quam ſimulatæ venditionis. Eſt igitur hic contractus, quo quis pecunia indigenti certas merces rariori pretio credit vel vendit, quas ille mox vilius vendere tenetur, quo pecuniam conſequatur (655).

Obſ. 358. ad §. IV.

Opponitur) Sed poſtquam ciuitatibus iura minorum indulta ſunt, verius videdetur, has etiam cauſſa cognita per reſtitutionem extra ordinem iuuari (656).

Obſ. 359. ad §. VI.

Partem) Saltem citata lex 7. de parte iam ſoluta loquitur & eam repeti poſſe negat. Igitur cum ſolutio regulariter per partes fieri nequeat, maiorem debiti partem

---

familias Macedone nomen accepiſſe ſenatus conſultum. Sed verior eſt auctoris ſententia. Nam ICtus VLPIANVS *l. 1. D. h. t.* Macedonem pecuniam incertis nominibus credidiſſe ſcribit, quod vero de debitore intelligi nequit.

(655) ZIEGLER *Diſſ. de contractu Mohatra.*

(656) *Arg. l. 9. D. de Appellat. l. 3. C. de iurib. reipubl. l. 4. C. ex quib. cauſſ. maior.*

tem non videtur agnouisse in dubio, ac eam, quam soluit (657). Cautius tamen agit, si cum protestatione soluat, quod ab residuum nolit esse obligatus (658).

Liber. XV. Titulus I.
De
Peculio.

Obs. 360. ad §. II.

Peculium) Peculium sicut pecunia formatum a pecu. Omne enim patrimonium apud antiquos peculium dicebatur a pecudibus, in quibus eorum constabat vniuersa substantia. Vnde & pecuarius dicebatur diues postea pecuniosus (659).

Obs. 361. ad §. IV.

Castrense) Olim quidem nulla peculiorum differentia erat. Sed postquam Imperatores varia militibus concesserunt priuilegia, eorum etiam numero hoc continebatur peculium. Admodum autem

(657) SCHILTER *Exerc.* 27. §. 74.
(658) STRYCK *Vs. Mod. h. t.* §. 12.
(659) ISIDORVS *Lib.* 15. *Origin. Cap.* 17. MENAGIVS *Amœn. iur. ciuil. Cap.* 39. *voce peculium.*

est verosimile, Julium Cæsarem, qui testamentum militare introduxit, etiam huius peculii esse auctorem (660).

Obs. 362. ad §. V.

Referunt) Et quidem recte. Expresse enim dicitur, illud ad similitudinem peculii castrensis introductum esse (661).

Obs. 363. ad §. VI.

Pertinet) Quod admitti potest, si manifestum sit, hoc munusculum solius patris contemplatione infanti datum fuisse. Sed in dubio potius in memoriam baptismi eo animo donatum censetur infantibus, vt plenissimo iure illud acquirant. Igitur rectius ad peculium aduentitium ordinarium refertur (662).

Obs.

---

(660) *l. 1. D. de testam. militar.* Conf. CRELL *Diss. de peculio personarum sui iuris.*

(661) *l. 7. C. de bon. quæ liber.* Add. BAVER *Diss. de peculio quasi castrensi studiosorum.*

(662) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 3. Tit. 42. §. 44. seq.* THOMASIVS *Diss. de effectu hypothecæ tacitæ in pecunia lustrica.* STRECKER *Diss. de eo, quod iustum est circa pecuniam lustricam.* WILLENBERG *de patrinorum erga susce-*

Obſ. 364. ad §. X.

Nequit) Licet enim quidam hanc ſententiam ob Gloſſæ auctoritatem deſerant, tamen eidem recte ſubſcribimus, cum expreſſo textu iuris nitatur (663).

Obſ. 365. ad §. XI.

Conſtituerit) Immo licet hunc non conſtituerit, tamen verius eſt, facta prohibitione vſusfructus, ſimul quoque patri adminiſtrationem cenſeri ademtam. Nam Imperator expreſſe ſanxit, vt ſi legans vel donans nullum dispenſatorem ordinauerit, aut datus gubernationem ſubire noluerit, aut non potuerit, aut deceſſerit, antequam pupilli vel minores perfectæ fiant ætatis, iudex competens curatorem fide dignum cum legitima fideiuſſione rebus talibus ordinare debeat (664).

ſusceptos munere vom Pathen-Gelde. JOACHIM *de donis baptismalibus ſeu pecunia luſtrica.* KRAVSE *Diſſ. de pecunia luſtrica.*

(663) NOV. *117. Cap. 1.* STRYCK *Vſ. Mod. Pand. de vſufruct.* §. *10.* LVDOVICI *Diſſ. de tacita prohibitione vſusfructus paterni* §. *12. ſeqq.*

(664) NOV. *117. Cap. 1.* §. *1.* LVDOVICI *cit. Diſſ.* §. *24.*

Liber. XV Titulus III.

De

In rem verso.

Obs. 366. ad §. II.

Vertat) Hinc si ex contractu negotiorum gestoris in rem domini negotiorum processit pecunia, actio vtilis locum habet (665).

Liber. XVI. Titulus I.

De

Senatus Consulto Velleiano.

Obs. 367. ad §. II.

Pollent) Quæ enim personæ aptæ censentur ad regimen, illæ non minori aptitudine præditæ censentur intuitu rei familiaris & domesticæ (666). Idem dicen-

(665) *l. 7. §. 1. C. Quod cum eo, qui in alien. potestat.*

(666) THOMASIVS *Diss. de exiguo vsu SCti Velleiani in Germania §. 11.*

cendum videtur de femina iurisdictionem exercente. Cum enim gerat officium virile sitque iustitiario seu consiliario instructa: consequitur, vt exulat ratio iuris Romani, quo officia ciuilia & virilia feminis ademta erant (667).

Obs. 368. ad §. II.

Locis) In quibus scilicet nulla tolerantia gaudent (668).

Obs. 369. ad §. IIX.

Acceperit) Quia enim lucrum quærit, indigna est legis beneficio. Sed si creditor eam induxerit ad accipiendam pecuniam, datur ei de dolo replicatio (669).

Obs. 370. ad §. X.

Specialis) Quod ex euolutione legis & formatione casus facile patebit. A speciali vero renunciationis casu ad renunciatio-

(667) *l. 2. §. 1. D. h. t.* DE LVDEWIG *Diss. de SCto Velleiano exule in Germania. Diff. 6. lit. o.* BEIER *h. t. §. 2. lit. a.*

(668) BOEHMERVS *Diss. de tolerantiæ religiosæ effectibus ciuilibus Cap. 2. §. 40. seq.*

(669) STRYCK *Cautel. Contr. sect. 2. Cap. 6. §. 10.*

ciationem quamuis non valida est illatio (670).

Obs. 371. ad §. X.

Præcedat) Tandem cessat SCtum Velleianum, si per statutum aliquod ius commune mutatum fuerit. Sic Norimbergæ viduæ & virgines 18. annis maiores & curatore destitutæ, si propria bona possideant & fideiubeant, exceptione huius SCti non iuuantur. Vxores vero consensu mariti fideiubere possunt. Immo ex intercessione pro maritis valide obligantur, sine renunciatione SCti Velleiani, modo ex senatu, vel ex cognatis duo testes fuerint adhibiti. Eodem iure Nordhusæ & alibi vtuntur (671).

Obs. 372. ad §. XII.

Censentur) Negatiuam quidem tuetur CARPZOVIVS (672), quia vidua intercedit pro debito alieno, immo pro marito, licet defuncto, & creditoribus eius se obligat.

---

(670) AVERRANI *Interpretat. Lib. 2. Cap. 5.* THOMASIVS *cit. Diss. §. 28.* Conf. ENGELBRECHT *Diss. de renunciatione SCti Velleiani priuato instrumento facta.*

(671) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 3. seq.*

(672) *Part. 2. Const. 16. Def. 3.*

gat. Sed cum ratio prohibitionis metus nempe maritalis cesset: consequitur, vt viduæ intercessio non ex iure singulari Authenticæ, sed ex communi omnium feminarum iure æstimanda atque diiudicanda sit (673).

Liber. XVI. Titulus II.

De Compensationibus.

Obs. 373. ad §. III.

Debet) Liquidi enim cum illiquido nulla est compensatio (674). Igitur liquidi solutionem iniungit, illiquida vero ad vlteriorem discussionem remittit iudex.

(673) STRYCK *Cautel. Contract. sect. 2. Cap. 6. §. 8.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 172. p. 271.* TENZEL *Diss. de vidua defuncti mariti debita suscipiente, an gaudeat beneficio SCti Velleiani & Authenticæ, si qua mulier.*

(674) *l. fin. C. h. t.* PERILLVSTRIS CARRACH *Diss. de Brocardico, Liquidi cum illiquido nulla est compensatio.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0227 DFG

Quod indicat parœmia: Geld vor, Recht nach (675).

Obſ. 374. ad §. V.

Condemnatus) Cum enim ſpoliatus ante omnia reſtitui debeat; ei nulla & ſic nec compenſationis exceptio opponi poteſt.

Obſ. 375. ad §. IX.

Exercet) Quod ſingulare eſt. Nam alias ſaltim locus eſt iuri retentionis, ſi cauſſa debendi cum re, quæ retinetur, connexionem habeat (676).

Liber. XVI. Titulus III.

Depoſiti vel contra.

Obſ. 376. ad §. II.

Conceditur) Falſi itaque ſunt, qui in hoc ſaltim caſu depoſitum irregulare admitte-

(675) HERTIVS *Lib. I. Parœm. 39.*

(676) BRVNNEMANN *Cent. 4. Dec. 2.* MEVIVS *Part. 2. Dec. 214.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 175. Med. 5. 7.* LVDOVICI *Diſſ. de iure retentionis ex diuerſa etiam cauſſa competente.*

MEN-

mittere volunt, si deponens vsum rei fungibilis depositario tacite concesserit (677). Siue enim hoc expresse, siue tacite factum fuerit, perinde est, cum in vtroque casu depositum irregulare adsit. Si vero pecunia apud aliquem hac lege deposita, vt si voluisset, ea vtatur, antequam vtitur, omnino manet depositum (678). Sed si ad preces depositarii vsus permittitur, statim degenerat in mutuum (679). Cum autem rei non fungibilis depositæ vsus permittatur, ex deposito fit commodatum.

MENCKEN *Diss. de retentione pignoris ob aliud debitum.* STRECKER *Diss. de eo, quod iustum est circa ius retentionis.* CELEB. HEISLER *Diss. de iure retentionis.*

(677) HEINECCIVS *Element. iur. ciuil. sec. ord. Inst.* §. 810.

(678) *l. 1.* §. *34. D. h. t.*

(679) *l. 9.* §. *fin. D. de reb. credit.* Conf. ILLVSTRIS NETTEBLADT *de deposito irregulari.* DEDEKIND *de contractu, quem irregulare depositum perhibuerunt, qui vero non est depositum, vel in alium contractum degenerat.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0229 DFG

Obs. 377. ad §. IV.

Duplum) Eius heres vero in simplum, nisi dolus proprius concurrat (680). Sed cum hodie dolus iudicis arbitrio coercendus sit: consequitur, vt pœna dupli exulet, nisi ea aliquo in loco expresse recepta sit, veluti in Saxonia Electorali, Ducatu Wurtebergico, Hamburgi, Francofurti, Norimbergæ (681).

Obs. 378. ad §. IIX.

Leuioris vitæ) Ita vt ex circumstantiis præsumi possit, eum perfidum & reseratæ cistæ conscium vel auctorem esse (682). Non tamen contrarii probatio deneganda erit depositario (683).

Obs. 379. ad §. IX.

Recedit) Qui eam non adhibet diligentiam, quam hominum natura desiderat id est rationabilem, fraude non caret. Igitur qui non minorem depositis quam suis rebus diligentiam præstat, fraude caret, nisi in propriis sit negligentissimus eaque omit-

(680) *l. 1. §. 1. l. 18. D. h. t.*
(681) BEIER *h. t. §. 22. seq.*
(682) HAHN *ad* WESENBECIVM *h. t. in fine.*
(683) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 5.*

omittat, quæ hominum natura desiderat (684).

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. XVII. Titulus I.

Mandati vel contra.

Obs. 380. ad §. IV.

Fuerit) Cum eiusmodi commendationes ad fidem nouo mercatori conciliandam fieri soleant: consequitur, vt talis commendatio in effectu sit specialis & inducat alterum, ad fidem habendam, quam habiturus non fuisset, nisi alter tertium ignotum commendasset (685). Immo qui adiecit commendationi, vt egenti pecunia succurrat, procul dubio veluti ex mandato tenebitur (686).

Obs.

---

(684) STRVVIVS *Dec. Sabbath. Cap. 6. Dec. 14. 15.*

(685) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h.t. §. 10.*

(686) *Arg. l. 24. D. de fideiuss. l. 7. C. h. t.* STRYCK *Cautel. Contr. sect. 2. Cap. 11. §. 19.* BERGER *Oeconom. Jur. Lib. 3. Tit. 5. §. 34. n. 1.* BEÇK *Diss. de commendatione.* LYNCKER *Diss. de commendatione speciali.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0231
DFG

Obſ. 381. ad §. VI.

Leuem) Qui alterius obligationem, in qua ſumma requiritur induſtria ſponte ſuscepit, ille ad culpam leuiſſimam tenetur. Inde quoque in cit. lege 13. omnis diligentia requiritur, & licet in cit. lege 21. dicatur; aliena negotia exacto officio gerenda eſſe, tamen addit Imperator, nec quicquam in eorum adminiſtratione neglectum culpa vacuum eſt. Ex quo facile colligitur, omnem exigi diligentiam (687).

Obſ. 382. ad §. XI.

Non ſubſiſtit) Immo ſubſiſtit eo ipſo, quod mandatarius obligetur & mandans eum indemnem præſtare debeat (688). Accedit argumentum *legis 26. §. 1. D. h. t.* quæ ratum eſſe iubet negotium cum mandatario bona fide geſtum poſt extinctum morte mandantis mandatum (689).

Liber.

---

(687) B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Q. 13.*

(688) *l. 15. D. h. t.*

(689) LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 180. Med. 4.*

Liber XVII. Titulus II.

Pro socio.

Obs. 383. ad §. I.

Conferenda) Societas mercatoria vulgo Mascopey dici solet. Quæ vox a vetere Mage, quæ cognatum significat, descendit. Inde Mageschaft cognatio, Mageschaftey contracte Mascopey ius quasi cognationis. Erat enim apud Germanos inter socios ius quoddam cognationis, sicuti apud Romanos ius fraternitatis (690).

Obs. 384. ad §. II.

Communicantur) Potest etiam tacite iniri societas, cum facta tam euidentia esse queant, quam verba (691).

Obs. 385. ad §. V.

Censentur) Tacite enim interuenire censetur traditio, veluti constitutum quoddam possessorium. Qui enim hactenus res suas sibi tenuit iure dominii, is nunc con-

---

(690) *l. 63. pr. D. Pro socio.* HEINECCIVS *Element. Jur. German. Lib. I. §. 407.* ENGAV *Diss. de societate mercatoria §. 4.*

(691) LAVTERBACH *Colleg. Pandect. h. t. §. 7.* HERTIVS *Diss. de societate facto contracta.*

constituit possidere ex caussa societatis, non tantum sibi, sed etiam socio (692).

Obs. 386. ad §. VIII.

Leonina) Vocatur eiusmodi societas Leonina (693) ex apologo de leone, asino & vulpe, vbi leo de communi ex venatu præda sic diuisionem instituebat, vt sibi totam prædam retineret. Cum vero societatis essentia vnice quærenda sit in communicando lucro: consequitur, vt ea donationis caussa non recte contrahatur (694). Quod tamen de eo casu intelligendum est, si in totum donationis caussa contracta fuerit. Nam si tantum pro parte donationis caussa constituta sit, alteratur quidem per pactum societatis natura, non vero in totum euertitur (695). Interim si in totum donationis gratia contracta fuerit, valeret procul dubio vt pactum (696).

Obs.

---

(692) NOODT *Probabil. Lib. 2. Cap. 6.*

(693) In *l. 29. §. 2. D. h. t.* ILLVSTRIS ESTOR *Diss. de societate Leonina.*

(694) *l. 5. §. 2. eod.*

(695) *Arg. l. 46. D. Locati Conducti. l. 24. C. Depositi. l. 38. D. de contrah. emtion.*

(696) STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t. §. 17. 22.* IDEM *Cautel. Contract. sect. 2. Cap.*

Obs. 387. ad §. XV.

Fuerit) Modo legem præpositionis seruauerit (697). Tunc enim singuli obligantur in solidum, licet pecunia in vtilitatem societatis versa non sit, nec durante societate gaudent beneficio diuisionis (698).

Liber. XIIX. Titulus I.

De

Contrahenda emtione & de pactis inter emtorem & venditorem compositis, & quæ res venire non possunt.

Obs. 388. ad §. I.

Conuentum) Vt scilicet in scriptis celebraretur. Tunc enim consensus in ean-

---

Cap. 10. §. 5. IDEM *Diss. de diuersis sociorum pactis.* LAVTERBACH *Colleg. Pandect. h. t. §. 19.*

(697) *l. 69. D. h. t.*

(698) BEIER *h. t. §. 36.* STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 28. seq.* LAVTERBACH *Diss.*

eandem rem & idem pretium non prius intelligitur interpositus, quam instrumenta emtionis fuerint subscripta & omnibus partibus absoluta (699). Igitur hic contractus manet consensualis & per scripturam non mutatur in litterarium.

Obs. 389. ad §. II.

Detrahit) Adeo vt licet quis perfecta iam emtione arrharum damnum pati, vel duplum præstare, vel id quod interest soluere velit, tamen pœnitentiæ locus non sit (700).

Obs. 390. ad §. VI.

Nascatur) Tacitam enim coniunctam habet venditio conditionem, si aliquid natum fuerit. Igitur si nihil natum sit, etiam nihil debetur, & quod solutum est, ob conditionis defectum recte repetitur (701).

Cete-

Diss. de sociorum obligatione, quæ oritur ex conuentione cum extraneis inita.

(699) *pr. Inst. h. t.* Vid. DE BODEN *Diss. de emtione venditione solo consensu non subsistente.*

(700) *l. 3. 6. C. de rescindend. vendit. l. 5. C. de Oblig. & Action.* THOMASIVS *Diss. de arrhis emtionum.* Conf. ILLVSTRIS REVTERVS *Diss. de arrha pacto imperfecto data.*

(701) STRYCK *Caut. Contract. sect. 2. Cap. 8. §. 10.*

Ceterum in Germania venditio fructuum, qui sunt in herbis, ruricolis quidem permittitur, sed cum hac restrictione: daß dasselbe Vorlehn, oder zu Vorausgeben, anders und mehreres nicht, als auf dem Schlag und gemeinen Kauff, was nehmlich der Wein oder Getreyde zur Zeit des Contracts, oder aber 14. Tage die nächst nach den Herbst oder Erndte gelten wird (702). Quod ob infames Dardanariorum artes constitutum est. Facile enim agricolæ inducuntur, vt spem futuræ messis tanto viliori vendunt pretio, quanto incertior pluribusque casibus obnoxia est anni vbertas. Qui legem migrant, præter amissionem pretii soluti, etiam iudicis officio non implorato, extra ordinem coercendi sunt (703).

Obs. 391. ad §. VI.

Spectat) Cum enim retia sint piscium

 caus-

(702) REC. IMP. *d. a. 1577. Tit. 19. §. fin.* REFORM. IMPER. POLIT. *d. a. 1548. Tit.* von Verkauffung der Früchte auf dem Felde. ZIEGLER *de Jur. Maiestat. Lib. I. Cap. 41. §. 64. seq.*

(703) ILLVSTRIS REIMERVS REGIMINIS MAGDEBVRGICI CONSILIARIVS *Diss. de venditione illicita fructuum in herbis §. 15. seq. Præside* HEINECCIO *habita.*

cauſſa, non aliarum rerum; conſequitur, vt in dubio tantum de piscibus actum videatur (704).

Obſ. 392. ad §. VIII.

Tertii) Nam ſi tertius ille pretium definit, perinde eſt ac ſi partes ipſæ pretium definiuerint. Hæ enim conſenſerunt ſub conditione, quæ iam exiſtit. Certum vero eſt, partes propter inæqualitatem recedere non poſſe, niſi dimidium veri pretii excedat (705).

Obſ. 393. ad §. IX.

Mutati) Immo regula ab eo deſumitur, quod vt plurimum fieri ſolet (706).

Obſ. 394. ad §. XI.

Subſiſtit) Si venditur mihi viriola inaurata, ſubſiſtit emtio (707), quod ſecus, ſi ven-

(704) PVFFENDORF *de Jur. Nat. & Gent. Lib. 5. Cap. 5. §. 6.* STRYCK *Diſſ. de emtione ſpei.*

(705) *l. 2. C. de reſcind. vendit.* B. L. B. DE COCCEJI *l. c. h. t. Qu. 25.*

(706) SCHILTER *Exerc. 30. §. 20.* HVBER. *h. t. §. 6.* WERNHER *Progr. de vtilitate quæſtionis: An in dubio emtio venditio, an permutatio celebrata intelligatur.*

(707) *l. 14. D. h. t.*

si venditur mihi mensa auro cooperta (708). Priori in casu non omnino erratur in materia, quia in ea inest aliquid auri, bene vero in posteriori. Iis enim, quæ auro saltem cooperta sunt, aurum infusum & immixtum non est, indeque erratur in materia (709).

Obs. 395. ad §. XV.

Cessat) Quam sententiam analogiæ legum Romanarum conuenire contendunt Doctores (710), præsertim cum eiusmodo redemtio res meræ facultatis sit, quæ præscriptioni non obnoxia est (711). Sed cum venditor actione personali agere debeat, quæ vltra 30. annos non durat, & hoc sensu dici non possit res meræ facultatis, cum oriatur ex contractu: verior est Auctoris sententia, etsi contraria opinio in Germania magis recepta sit (712).

(708) *l. 41. D. eod.*

(709) CVJACIVS *Obseruat. Lib. 2. Cap. 4.* AVERRANI *Interpretat. Lib. I. Cap. 19. n. 5. seq.*

(710) KLOCK *Vol. 2. Cons. 41. n. 193. seq.* BEIER *h. t. §. 64. lit. c.* MYNSINGER *Obseruat. Cent. 1. Obs. 16.*

(711) *l. 2. D. de via publica.*

(712) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 43. seq.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0239 DFG

Obſ. 396. ad §. XVI.

Erit) Verior tamen aliis contraria ſententia videtur, cum non abſolute noua adſit venditio, ſed prioris ſaltem reſolutio, ita vt omnia in priſtinum ſtatum reducantur (713). Sed nemo non videt, in retrouenditione nouum celebrari contractum (714). Igitur pretium præſenti rei venditæ æſtimationi reſpondere debet (715). Interim meliorationes recte repetit reuenditor, quatenus impenſis non certus modus impoſitus fuerit.

Obſ. 397. ad §. XIX.

Maior) Si plures ſunt, quibus eadem ſumma debeatur, præuentioni, ſi vero omnes ius retrahendi exercere velint, ſorti locus erit (716). Hodie in Saxonia Electorali & terris Pruſſicis is indiſtincte reli-

(713) STRYCK *l. c.* §. *53.*

(714) Quod etiam patet ex *l. 58. D. de Pactis.*

(715) BERLICH. *Lib. 2. Concluſ. 2. n. 39.* LEYSERVS *Med. ad Pand. ſpec. 191. Med. 9.* Add. THOMASIVS *Diſſ. de Vſu practico diſtinctionis inter emtionem cum pacto de retrouendendo & contractum pignoratitium.*

(716) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 20.*

reliquis præfertur, qui maiorem summam obtulit.

Obſ. 398. ad §. XX.

Non gaudent) Jure communi tamen remotiores conſanguinei quoque admittuntur (717). In Ducatu Magdeburgico vsque ad quartum gradum (718).

Obſ. 399. ad §. XXI.

Auita) Scilicet bona immobilia apud Germanos antiquos erant vel hereditaria, vel nouiter acquiſita. Sicuti vero horum libera erat diſpoſitio; ita illa ſine heredum conſenſu alienari haud poterant iuxta prouerbium: Was einmahl in den Erbgang kommen, ſoll in demſelben bleiben (719). Cum verò caſus neceſſitatis exciperetur, introduxerunt ius retractus, ſeu protimiſeos (720).

(717) *2. Feud. 13. 14.*

(718) ORD. POLIT. MAGDEB. *Cap. 22. §. 14.*

(719) JVS PROV. SAX. *Lib. 1. Art. 34. 52.*

(720) BOEHMERVS *Diſſ. de fundamento duplici retractus.* BVDER *Diſſ. de iuris retractus gentilitii in Germania origine §. 31. ſeq.* LAVH *Epiſtola de retractus gentilitii medio æuo vſitati memoria, vere Germanica.*

Obſ. 400. ad §. XXVII.

Congrui) Retractus vicinitatis dicitur ius congrui occaſione legis *Congruit 4. C. de locat. prædior. ciuil.* germanice das Geſpilde. In plerisque tamen locis, vbi hoc ius obtinet, ſaltem ad eum caſum reſtringitur, ſi prædium vicinum alienatum antea meo prædio fuit vnitum (721).

Liber. XIIX. Titulus II.

De

In diem addictione.

Obſ. 401. ad §. VI.

Directa) Id eſt quæ indicant, contractum ipſo iure reſolui absque interueniente hominis facto. Cum igitur contractus reſoluatur ipſo iure, & habeatur, ac ſi nun-

(721) STRYCK *l. c. h. t. §. 18. ſeq.* LEYSERVS *l. c. ſpec. 196. Med. 3.* MVLLER *Diſſ. de retractu ex vicinitate & quid circa hunc Laubæ fuerit actum?* FRITSCHIVS *de iure Congrui.* SIEGEL *Diſſ. de iure Congrui in Thuringia.* HANACCIVS *Diſſ. de prædiis principaliter diuiſis iure congrui non retrahendo.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0242
DFG

si nunquam initus fuisset; consequitur, vt dominium statim ad priorem caussam reuertatur (722).

Obs. 402. ad §. VII.

Soluendo) Nam hæc licitatio non statim emtionem perficit, sed potius suspendit, vt tunc demum res licitanti addicatur, si nullus meliorem conditionem adlaturus sit. Igitur conditione existente ipse liberatur. Sed si primus licitator secundum dolose subornauerit, & hic soluendo non sit, omnino tenetur (723).

(722) STRYCK *l. c. Tit. de contrahend. emtion. §. 32. seq.* Sed cum admodum paradoxum videatur, dominium ex sola verborum efficacia ipso iure reuerti ad venditorem, quod alias sine traditione non transit; reiecit hanc distinctionem eamque Glossæ inuentioni adscribit BOEHMERVS *Diss. de verbis directis & obliquis. §. 30. seq.*

(723) STRYCK *l. c. h. t. §. 4.* DEINLIN *Diss. de primo apud hastam licitatore post acceptum secundum statim liberato.*

Liber. XIIX. Titulus III.

De

Lege Commissoria.

Obs. 403. ad. §. III.

Potest) Si scilicet certus dies pacto huic præfixus non fuerit. Tunc enim mora sine interpellatione non contrahitur (624). Nam alias moræ purgatio ideo non habebit locum, cum dies iam elapsus pro homine interpellasse dicatur (725).

Liber. XIIX. Titulus IV.

De

Hereditate vel actione vendita.

Obs. 404. ad §. III.

Accepit) Nam alia est hereditas (726). Hac igitur decidendi ratione posita; con-

(724) *l. 32. D. de Vsur. l. 17. D. de constitut. pecun.*

(725) *l. 12. C. de contrab. stipulat.* STRYCK *l. c. h. t. §. 7.*

(726) *l. 2. §. 2. D. h. t.*

consequens est, vt vendita hereditate venditor partem eius hereditatis, quæ ei accreuit, actione emti conuentus emtori restituere teneatur. Accedit, quod ius omne hereditarium vendatur (727), & omnia inde venientia lucra præsentia & futura (728), adeo, vt in omnibus emtor vicem heredis obtineat (729).

Obs. 405. ad §. V.

Judæus) Vt scilicet euitetur vsuraria prauitas, quæ plerumque in Judæorum contractibus latitat. Admittunt tamen Doctores cessionem, 1) si ea iudicialiter facta sit (730), 2) si manifesto constet, debitum non esse vsurarium, idque ob cessantem legis rationem (731), 3) si iura communia ciuium Judæis indulta sint, quales dicuntur die Schutz-Juden (732).

(727) *l. 2. pr. D. eod.*
(728) *l. 2. pr. §. 4. 7. 9. D. eod.*
(729) *l. 2. §. 18. D. eod.* BRANCHV *Obseruat. Jur. Cap. 2.* Vid. MENCKEN *Diss. de iure accrescendi vendita hereditate ad emtorem pertinente.*
(730) CARPZOV. *Lib. 5. Resp. 38.*
(731) STRYCK *Diss. de iur. & action. non cessibilib. Cap. 1. §. 3.*
(732) IDEM *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 12.*

Obſ. 406. ad §. XI.

Reſtringunt) Requirunt tamen, vt in iudicio fateatur, debitum certum eſſe & liquidum. Cum enim hoc caſu nulla lis adſit, etiam ceſſionarius litis redemtor dici nequit. Ipſa tamen lex generaliter loquitur & inter debita non diſtinguit (733). In terris Pruſſicis Lex Anaſtaſiana plane abrogata eſt (734).

Obſ. 407. ad §. XII.

Prohibitum) Modo tamen, ſi hæc donatio ſit vltra D. ſolidos, inſinuatio iudicialis acceſſerit (735).

Liber.

---

(733) BEIER *Diſſ. ad Legem Anaſtaſianam* §. 21. 22. LAVTERBACH *Colleg. Pandect. h. t.* §. 73. BRVNNEMANN *de ceſſion. action. Cap. I. n. 49. ſeq.* MANZIVS *Diſſ. de interpretatione Legis Anaſtaſianæ* SCHOEPFER *Diſſ. de ceſſatione Legis Anaſtaſianæ.* FLOERCKE *Diſſ. de Lege Anaſtaſiana.* THOMASIVS *Diſſ. de æquitate cerebrina Legis Anaſtaſianæ.* PESTEL *Diſſ. Lege Anaſtaſiana.*

(734) COD. FRID. *Part. III. Tit. 6. §. 9.* ibi: Wir wollen die Diſpoſition des Legis Anaſtaſianae, welche zu vielen unnöthigen Weitläuftigkeiten Anlaß gegeben, gänzlich aufgehoben haben.

(735) BRVNNEMANN *l. c. Cap. I. n. 26.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0246
DFG

Liber. XIIX. Titulus V.

De

Reſcindenda venditione, & quando licet ab emtione recedere.

Obſ. 408. ad §. IV.

Reſtituat) Sunt tamen, qui negant, quod natura huius remedii concluſionem alternatiuam poſtulet, cum reſtitutio rei emtæ tantum in obligatione, emtorisque arbitrio relictum ſit, an ſoluendo id, quod iuſto pretio deeſt, ab ea ſe liberare velit (736).

Obſ. 409. ad §. IV.

Aequitate) Sed cum ex regula illud pretium iuſtum ſit, quod contrahentibus placuit; facile intelligitur, huius legis æquitatem eſſe cerebrinam. Quidquod tot Doctorum limitationes & difficillima læſionis probatio in cauſſa ſint, quare eius vſum practicum merito negauerit THOMASIVS (737).

Obſ.

---

(736) BOEHMERVS *Diſſ. de libellis alternatiuis. Cap. 3. §. 2. ſeq.*

(737) *Diſſ. de æquitate cerebrina l. 2. C. de reſcind. vend.* IDEM *Caſib. Jurid. Part. IV. Caſ. 11.*

Obs. 410. ad §. V.

Emtor) Licet vero cit. lex 2. saltem de venditore loquatur: tamen eadem ratio pro emtore immo maior adhuc militat, cum non semper verum rei pretium eiusque qualitates scire potuerit, vti quidem venditor (738).

Obs. 411. ad §. VI.

Vendiderit) Quod etiam obtinet, si venditio sub hasta facta, vel huic remedio in specie renunciatum sit (739), vel in Ducatu Magdeburgico iudicis confirmatio accesserit (740).

✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲

Liber. XIIX. Titulus VI.

De Periculo & commodo rei venditæ.

Obs. 412. ad §. I.

Accessit) In Saxonia quidem resignatione iudiciali opus est ad transferendum rei

(738) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 4.*
(739) STRYCK *l. c. §. 5. 15.*
(740) ORD. POLIT. MAGDEB. *Cap. 22. §. 12.*

rei venditæ dominium (741), sed quod ante eam periculum sit venditoris, ibi non disponitur, adeo vt iam standum sit iuri ciuili (742). In Ducatu tamen Magdeburgico ante resignationem iudicialem periculum minime ad emtorem spectat (743). Idem obtinet in Ducatu Wurtebergico, quamdiu venditio actis nondum insinuata aut post contractum spatium 14. dierum elapsum sit (744).

Obs. 413. ad §. II.

Repertus) Ex eadem ratione, quia naturaliter emtor iam dominus est & venditor omne ius suum in eum transtulit; etiam omne id, quod a naturali ratione pendet, merito consequitur (745). Immo æquum natura est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda (746).

Obs. 414. ad §. IV.

Pertinet) Sed si vtraque res simul perierit,

---

(741) Id quod saltim adfirmat CARPZOV. *Part. 7. Const. 39. Def. 35.*

(742) IDEM *Part. 2. Const. 26. Def. 20.*

(743) ORD. POLIT. MAGDEB. *Cap. 22. §. 2.* STRYCK. *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 8.*

(744) LAVTERBACH *Colleg. Pand. h. t. §. 3.*

(745) *Arg. l. 7. pr. D. h. t.*

(746) *l. 10. D. de reg. iur.*

rierit, pretium venditori debetur, cum vna res necessario periculo emtoris fuerit (747).

Obs. 415. ad §. VIII.

Rei) Quia scilicet tantum vna conditio ratione gustus, non vero altera ratione mensuræ adimpleta fuit (748). Quodsi vinum ita venditum sit, ne deguſtetur, periculum statim in emtorem transit.

Liber. XIX. Titulus I.

De

Actionibus emti & venditi.

Obs. 416. ad §. II.

Esse) Quod inde præsumi dicunt, si emtor statim vel aliquot septimanas post factam venditionem bonis cedat. In dolo-

(747) *l. 34. §. 6. D. de contrab. emtion.* HERTIVS *Diss. de electione ex obligatione alternatiua sect. 3. §. 4.*

(748) STRYCK *de Jur. sensuum Diss. 6. Cap. 2. n. 20.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0250
DFG

doloſum vero emtorem dominium non cenſetur translatum, quia dolus cauſſam habendæ fidei dedit, & fides cenſetur non habita resque non tradita, ſed fraudulenter ablata (749).

Obſ. 417. ad §. V.

Largimur) Quia ſcilicet priuatorum pacta fisco præiudicare nequeunt (750). Igitur non obſtante tali conuentione onera & tributa poſſeſſorem ſequuntur, pro quibus fisco prædia tacite obligata ſunt (751). In Ducatu vero Magdeburgico eiusmodi pactum plane inualidum eſt (752).

Obſ. 418. ad §. VI.

Acceſſiones) Quod theſaurum in fundo vendito, ſed nondum tradito inuentum attinet, eundem Doctores vtplurimum venditori adiudicant, cum theſaurus ſemper cedat domino (753), venditor vero ante tra-

(749) CARPZOV. *Part. 1. Conſt. 28. Def. 18.* LVDOVICI *Diſſ. de creditore ad fidem habendam inducto, & de dominio ex contractu doloſo non translato.*

(750) *l. 28. 42. D. de Pactis.*

(751) STRYCK *Diſſ. de ſaluo regreſſu. Cap. 3. n. 106. ſeq.*

(752) ORD. POLIT. MAGDEB. *Cap. 22. §. 10.*

(753) *§. 39. Inſt. de rer. diuiſion.*

traditionem dominus rei venditæ sit (754). Sed verior videtur eorum sententia, qui eiusmodi thesaurum emtoris esse statuunt. Nam respectu emolumentorum venditor pro domino non habetur, quippequæ potius omnia ad emtorem transeunt (755), cum iuxta æquitatem naturalem commoda cuiusque rei eum sequi debeant, quem incommoda sequuntur (756).

Obs. 419. ad §. IX.

Potest) Modo tamen a tertio iam instituta sit vindicatio. Alias enim sub euictionis metu solutionem denegare nequit, nec satisdationem petere potest (757).

Liber.

---

(754) §. 3. *Inst. de emtione venditione.*

(755) *cit. §. 3. Inst.*

(756) *l. 7. pr. D. pericul. & commod. rei vendit. l. 10. D. de reg. iur.* SCHLITTE *Diss. de thesauro in fundo vendito ante traditionem reperto.* LINCK *Diss. de emtore ante traditionem rei venditæ thesaurum vel eius partem acquirente.*

(757) CARPZOV. *Part. 2. Const. 34. Def. 32.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0252
DFG

Liber. XIX. Titulus II.

Locati Conducti.

Obſ. 420. ad §. III.

Eruditi) Deducunt vulgo hoc priuilegium ex Lege vnica *C. de ſtudiis liberalibus vrbis Romæ*, & ex Lege *14. C. de operib. publicis* (758). In hisce textibus tamen de eodem priuilegio nihil reperitur. Videtur potius veroſimile, eius originem ab eo tempore eſſe repetendam, quo monachi docere cœperunt in ſcholis & Academiis (759).

Obſ. 421. ad §. V.

Cenſetur) Sed in cit. lege 13. non dicitur, finita locatione ad idem tempus tacite factam cenſeri relocationem. Quæ lex potius ita intelligenda eſt, vt tunc ſcilicet procedat relocatio, ſi in ſcriptis certum tempus comprehenſum ſit, in quod finita prima locatione & nulla reſignatione facta extendi debeat locationis prorogatio, veluti: Daß im Fall 6. Mo-

(758) LINCK *Diſſ. de iure litteratorum contra vicinos ſtrepiferos aliosque ſtudia impedientes.*

(759)) THOMASIVS *Caſib. Juridic. Part. III. Caſ. 17.*

nath vor Ablauff der beliebten Sechs Pacht-Jahre kein Theil dem andern die Aufkündigung thun würde, der Pacht annoch auf Drey andere Jahre continuiren solte (760). Idem etiam obtinet, si statutis sancitum est, vt finita locatione, in annum vel sex menses tacite facta censeri debeat relocatio (761.)

Obs. 422. ad §. IX.

Patronatus) Opus tamen esse dicunt, vt id exprimatur. Alias enim tacite id egisse videtur locator, vt hoc Patronatus ius ipsi reseruetur, cum 1) precibus publicis ipse non conductor commendetur, 2) in specificatione pertinentiarum locatarum illud non contineatur (762).

Obs. 423. ad §. XI.

Societas) Quia scilicet nulla constituitur merces, sed damnum & lucrum inter dominum & colonum commune est (763).

Obs.

---

(760) STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t. §. 70. 71.*

(761) LAVTERBACH *Colleg. Pandect. h. t. §. 10.* PHILIPPI *Diss. de relocatione & reconductione tacita.* KVNTZ *Diss. de relocatione tacita.*

(762) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protestant. Lib. III. Tit. 38. §. 115.*

(763) LAVTERBACH *Diss. de colono partiario*

Obſ. 424. ad §. XVI.

Adſerant) Licet enim locatio dominium non mutet (764): tamen ſunt qui inuita lege putant, transferri ius reale in conductorem, ſi ad decem annos facta fuerit locatio (765). Igitur caute agit locator, ſi addat pactum de locatione quouis nouennio renouanda (766).

Obſ. 425. ad §. XVIII.

Spectrorum) Modo ille metus non ſit vanus. Malorum enim hominum fraudes ſtatim ſpectris adſcribere ſolet vulgi ſuperſtitio (767).

Obſ. 426. ad §. XVIII.

Vocetur) Licet enim qui caſu impeditur vti, non teneatur ſoluere mercedem, ta-

tiario. §. 7. STRYCK. *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 15.*

(764) *l. 39. D. h. t.*

(765) CARPZOV. *Lib. 3. Reſp. 17.*

(766) STRYCK *Caut. Contract. ſect. 2. Cap. 9. §. 6.*

(767) ROMANI *Diſſ. de remiſſione contractus locationis ob metum ſpectrorum.* THOMASIVS *Diſſ. de locatione conductione reſcindenda propter metum ſpectrorum.* IDEM *Caſib. Miscellan. Part. I. Caſ. 13.* STRYCK *Vſ. Mod. Pand. h. t. §. 82.*

men hoc saltem procedit, si is contigerit in re & circa rem, non vero si circa personam conductoris. Mortuo enim conductore, heredes quoque stare tenentur locationi (768).

Obs. 427. ad §. XXII.

Vsuris) Ne scilicet duplex pecuniæ impensæ lucrum sentiat, cum ex melioratione emolumentum percipiat eaque vna cum re conducta vtatur. Ex eo vero demum tempore repetuntur, quo fit restitutio rei conductæ præcedente taxatione seu æstimatione.

Obs. 428. ad §. XXIV.

Sententiam) Nam emtor non habet vindicationem, cum non accipiat dominium, nisi tradita vacua possessione (769), insistente vero & contradicente conductore possessio vacua non est (770). Actionem vero ex contractu habere nequit, quia cum conductore non contraxit. Quod si vero ex persona locatoris contra conductorem ageret, obstaret ei exceptio contractus (771).

Obs.

(768) LAVTERBACH *Colleg. Pandect. h. t.* §. 54.

(769) *l. 2. §. 1. D. de action. emt.*

(770) *l. 3. §. 15. l. 4. D. ad exhibendum.*

(771) BEIER *h. t.* §. *30.* Conf. ZOLLIVS *Diss.*

Bauff

Obſ. 429. ad §. XXIV.

Opinio) Licet autem in plerisque locis obtineat paroemia, Kauff gehet vor Miethe: tamen in Tranſyluania, & Belgio contraria paroemia, Kauff hebet Miethe nicht auf vſu ſeruatur (772). Quæ etiam in quibusdam locis in Weſtphalia (773) & Hamburgi in vſu eſt (774).

Obſ. 430. ad §. XXV.

Coniungenda) Quodſi enim cum hypotheca pactum de non alienando concurrat, nullius momenti erit venditio interim facta. Nam ſimplex hypothecæ conſtitutio tantum conductori retinendi facultatem faceret, donec, quod ſua intereſt, præſtetur. Igitur hoc a locatore oblato, tanquam cauſſa pignoris ſoluta, migrare tenetur (775).

Kauff hebet Miethe nicht auf. GERHARD *Diſſ. de prouerbio iuridico,* Kauff gehet vor Miethe.

(772) SIMON VAN LEVWEN *Cenſ. Forenſ. Lib. IV. Cap. 22.*

(773) GOEDDEVS *ad l. 183. de Verb. ſignif.*

(774) STATVT. HAMBVRG. *Part. 2. Tit. 9. §. 13.*

(775) STRYCK *l. c.* HERTIVS *Lib. I. paroem. 46. §. 5. n. 5.*

Liber. XIX. Titulus III.

De

Aestimatoria.

Obs. 431. ad §. II.

Irregularis) Sed non opus est, vt hic statuamus contractum irregularem, cum speciale suum nomen habeat & actionem cognominem producat. Praescriptis verbis autem ideo agendum erat, quia deficiebat formula (776).

Obs. 432. ad §. IV.

Periculum) Ex quo sequitur, dominium transferri in accipientem (777) In dubio tunc pro contractu aestimatorio praesumitur, si accipiens dantem rogauit. Si vero dans accipientem rogauit, pro contractu mandati, vel mercede interueniente locati conducti praesumitur & periculum est dantis. Si neuter alterum roga-

(776) BOEHMERVS *Diss. de translatione dominii in contractu aestimatorio §. 16. seq.* BRÜCKNER *Diss. de aestimatorio contractu.* TENTZEL *Progr. de contractu aestimatorio.*

(777) *Arg. l. 10. de iure Dotium.* BOEHMERVS *cit. Diss. §. 24. seq.*

rogauit, accipiens dolum & culpam præstabit (778). Ignoratur enim hoc casu, quis contractus initus fuerit.

Liber. XIX. Titulus IV.

De

Rerum permutatione.

Obs. 433. ad §. III.

Personæ) Si ipsi remittenti solutio facienda est, tres personæ interueniunt. Si vero remittens & trassans ipsi executionem faciant, saltem duæ occurrunt, nullaque acceptatio requiritur (779).

Obs. 434. ad §. III.

Debet) Si trassans bonis cedit, periculum ante acceptationem est remittentis, post eam acceptantis. Quodsi acceptans

(778) *l. 17. §. 1. D. de præscriptis verbis.*

(779) TITIVS *Jur. priuat. Lib. X. Cap. V. §. 9.* FRANCKIVS *Instit. Jur. Cambial. Lib. III. sect. I. Tit. II.* ERNEST. FRIDER. KNORRE *Exercitatio iuris cambialis de vera natura ac indole contractus cambialis in cambio trassato §. III. Not. 9.*

bonis cedat, periculum est trassantis, licet facta iam fuerit acceptatio, quia is principaliter obligatus est (780).

Obs. 435. ad §. V.

Acceptare) Si trassatus litteras cambiales acceptat, sufficit subscriptio: Acceptirt. Vocatur hæc acceptatio simplex & differt ab acceptatione pro honore litterarum cambialium, Acceptation per honor di lettera (781). Hoc enim casu acceptans est negotiorum gestor trassantis & non tenetur acceptare satisfactionem in litteris auisoriis ipsi oblatam (782).

Liber-

(780) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 14.*

(781) SIEGEL Einleitung zum Wechsel-Recht. *Part. II. Cap. IV. §. 10. Cap. V. §. 1. seq.*

(782) STRYCK *Diss. de acceptatione litterarum cambialium.* Add. SIEGEL *Corpus Juris Cambialis.* IDEM in Fürsichtigen Wechsel-Gläubiger. BECK vom Wechsel-Rechte. HEINECCIVS *Elementa iuris cambialis.* LVDOVICI Einleitung zum Wechsel-Proceß mit SCHLITTENS Anmerckungen. Unsere Anleitung zum Proceß *Lib. III. Cap. 3.* ERNEST. FRID. KNORRE *Diss. de filiofamilias cambiante.*

Liber. XIX. Titulus V.

De

Præscriptis verbis & in factum actionibus.

Obs. 436. ad §. II.

Dissentit) Et putat, quod is qui rem ex permutatione ab altero accepit, si nolit a sua parte contractum adimplere, non possit ad hoc compelli. Sed accipiens per acceptionem præcise obligatur, vt etiam a sua parte contractum impleat, & leges tantum ei qui dedit pœnitentiam indulgent (783).

Liber. XX. Titulus I.

De

Pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

Obs. 437. ad §. II.

Præferatur) Sed hodie in Saxonia Electorali hæc hypotheca non præiudicat chiro-

(783) *l. 4. C. h. t.* STRYCK *Caut. Contract. sect. III. Cap. 5. §. 3. seq.*

chirographariis (784). Quod etiam obtinet in terris Prussicis (785).

Obs. 438. ad §. III.

Formam) Igitur si 1) mobilia non sufficiant, 2) ad immobilia, & 3) ad iura deuenitur (786). Hodie in Saxonia Electorali arbitrio creditoris relinquitur, vtrum executionem in mobilia, immobilia, nomina & actiones primo loco fieri velit (787).

Obs. 439. ad §. V.

Restringit) Non ambigitur in omni iure, speciem derogare generi (788), nisi exempli loco vel ex abundanti per imperitiam species expressæ sint, quas si nociturus sciuisset, non expressisset testator (789). Igitur cum expressio specierum præ-

(784) ORD. RECOGN. *Tit. 46. §. 1.*

(785) Königliche Preußische CONCCVRS und HYPOTHEQVEN Ordnung. §. 202.

(786) Anleitung zum Proceß. *Lib. I. Cap. 27. §. 5. seqq.*

(787) ORD. RECOGN. *Tit. 39. §. 7.*

(788) *l. 41. D. de Pœnis. l. 80. D. de reg. iur. cap. 34. eod. in 6to.*

(789) Huc pertinet *l. 12. §. 46. D. de instruct. vel instrum. legat.* BYNCKERSHOECK *Lib. III. Obseruat. Cap. 2.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0262
DFG

præcedens genus bonorum restringat, nomina vero tertiam bonorum speciem constituant (790): consequitur, vt si generali bonorum oppignorationi mentio mobilium & immobilium subiiciatur, nomina debitoris excludantur (791). In Ducatu Magdeburgico mobilia & immobilia tunc demum nomina sub se comprehendunt, si mentioni mobilium & immobilium clausula adiecta sit; nichts überall ausbeschieden (792). Ceterum in terris Prussicis hypotheca generalis non adficit mobilia debitoris bona, quippe quæ oppignorari nequeunt, nisi actualiter creditori tradantur (793).

Obs. 440. ad §. VIII.

Sententia) Propter NOV. *112. Cap. 1.* Nam NOV. *4. Cap. 2.* ad generalem hypothecam restringitur (794). Quæ sen-

ten-

---

(790) *l. 15. §. 2. D. de re iudicata.*

(791) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 15.* IDEM *Caut. Contr. sect. 2. Cap. 4. §. 13.* Dissentit LVDOVICI *Diss. An species deroget generi?*

(792) ORD. POL. MAGDEB. *Cap. 49. §. 4.*

(793) Königliche Preußische CONCVRS und HYPOTHEQVEN Ordnung. *§. 29.*

(794) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. Tit. de distract.*

tentia etiam in Ducatu Magdeburgico probata est (795).

Liber. XX. Titulus II.

In quibus caussis pignus vel hypotheca tacite contrahitur.

Obs. 441. ad §. I.

Bonis) In Saxonia Electorali quidem hypothecæ tacitæ abrogatæ fuerunt (796). Sed nouissimo mandato de anno 1734. die 24. Sept. pristino vigori sunt relictæ, ea tantum excepta, quæ legatariis competebat.

Obs. 442. ad §. II.

Administrat) Sed cum hypothecam tacitam lex tribuat eamque extra bona materna deneget liberis (797); consequitur, vt ad reli-

---

distract. pignor. §. 4. IDEM *Caut. Contr. l. c.* §. *16.* HVBERVS *h. t.* §. *9.*

(795) ORD. POLIT. MAGDEB. *Cap. 49.* §. 7.

(796) Per ORD. RECOGN. *Tit.* 45.

(797) *l. 6.* §. *2. C. de bon. quæ liber.*

reliqua aduentitia extendi nequeat. Aliud igitur dicendum erit, ſi legibus vel ſtatutis contrarium ſancitum ſit, prouti in Saxonia Electorali (798) & in terris Pruſſicis (799) factum eſt.

Obſ. 443. ad §. V.

Competat) Sed ipſemet CARPZOVIVS (800) adſerit, certis tantummodo caſibus priuilegium hypothecæ iura introduxiſſe, idque ad alios caſus extendere minime licere (801).

Liber.

---

(798) ORD. RECOGN. *Tit. 45.*

(799) Königliche Preußiſche CONCVRS und HYPOTHEQVEN Ordnung §. *182.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 164. Med. 8. ſpec. 166. Med. 3.*

(800) CARPZOV. *Part. I. Conſt. 5. Def. 11. n. 6. Part. II. Conſt. 23. Def. 19.*

(801) STRYCK *Vſ. Mod. Pand. h. t. §. 19.* GRIEBNER *Progr. an origo hypothecarum tacitarum ex iure Attico repeti queat.* IDEM *de argumentis, quæ pro hypothecis tacitis afferuntur.* LISCHKE *de origine & æquitate tacitarum hypothecarum apud Romanos.* THOMASIVS *Diſſ. de origine atque progreſſu hypothecarum tacitarum apud Romanos.* REINHARDT *Diſſ. de nonnullis pragmaticorum erroribus*

Liber. XX. Titulus III.

Quæ res pignori, vel hypothecæ datæ obligari non possunt.

Obs. 444. ad §. II.

D*otalis)* Alienatio enim & oppignoratio fundi dotalis nequidem consensu vxoris accedente valet (802). Sed moribus præsertim Saxonicis subsistit oppignoratio, si renunciatum fuerit SCto Velleiano accedente iuramento (803).

Obs. 445. ad §. II.

Feudum) Deficiente scilicet consensu domini, agnatorum & simultanee inuestitorum. Vasallus tamen eiusque heredes ex fructibus feudi soluere tenentur. Igitur

---

bus circa doctrinam de tacita hypotheca. HARPRECHT *Dissertationes binæ de hypothecis spuriis.*

(802) *pr. Inst. Quib. alien. non licet.*

(803) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 2.*

tur non feudum, ſed fructus tali caſu hypothecæ ſubiecti ſunt (804).

Obſ. 446. ad §. II.

Videtur) Immo non videtur. Nam ICtus Paulus (805) diſerte pignoris perſecutionem creditori negauit. Sed ICtus Modeſtinus (806) æquitatem ſecutus vtilem pignoratitiam conceſſit creditori (807).

Liber.

---

(804) HORNIVS *Jurispr. feudal. Cap. 19. §. 3.* Conf. BAVER *Diſſ. de hypotheca feudali absque conſenſu agnatorum & ſimultanee inueſtitorum ſubſiſtente.* BOEHMERVS *Diſſ. de hypotheca feudali expreſſa.* SCHVBERT *Diſſ. de conſenſu agnatorum & ſimultanee inueſtitorum temporario in hypothecam feudi.* SIEGEL *Diſſ. An hypotheca tacita in feudo debito feudali contrahatur?*

(805) *in l. 41. D. de pignorat. action.*

(806) *in l. 22. D. de pignorib.*

(807) BRVNNEMANN. *ad l. 41. de pignor. action. n. 5.*

Liber. XX. Titulus IV.

Qui potiores in pignore vel hypotheca habentur: & de his qui in priorum creditorum locum succedunt.

Obs. 447. ad §. II.

Interponendum) Quo tunc opus est, si creditor chirographarius posterior creditori priori hypothecario soluat. Nam non succedit in locum prioris, nisi ita conuenerit, vt eadem res sibi obligata sit in eiusque locum succedat (808).

Liber. XX. Titulus V.

De

Distractione pignorum & hypothecarum.

Obs. 448. ad §. II.

Requirit) Ergo istius legis dispositio recepta non est (809). Immo dis-

sen-

(808) *l. 1. C. de his qui in prior. credit. loc. succed. l. 12. §. 8. D. h. t. l. 3. D. Quæ res pignor. dat.*

(809) BERGER *Oeconom. Jur. Lib. 2. Tit. 5. §. 11.*

sentiunt Doctores circa quæstionem, an illud biennium ad eum solum casum pertineat, si ipse creditor ius dominii impetrare vult, an vero etiam ad alterum, si pignus distrahere vult? Et videtur omnino verius, Justinianum tantum de ea distractione loqui, quæ ad dominii impetrationem instituitur (810).

Liber XX. Titulus VI.

Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.

Obs. 449. ad §. II.

Potest) Quod ius tamen saltem intuitu debitoris exercere potest creditor. Nam secundus creditor vel fideiussor offerens pecuniam non tenetur chirographarium debitum soluere (811).

Obs. 450. ad §. IV.

Scientia) Quia ideo passus est venire, quod sciebat, vbique pignus sibi durare (812). Sed si subscripsit illi instrumento,

(810) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 7.*

(811) *l. 2. C. de fideiussoribus.* STRYCK *Vs. Mod. Pand. Tit. de distract. pignor. §. 5.* MENCKE *Diss. de retentione pignoris ob aliud debitum Cap. 3. Thes. 10. & 11.*

(812) *l. 18. §. 15. D. h. t.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0269
DFG

in quo res ita vendita est, vt nulli dicatur obligata, consensisse videtur (813).

Obs. 451. ad §. IV.

Reuertatur) Sicuti enim hoc modo debitor restituitur in dominium illius rei: ita quoque creditor restitui debet in ius suæ hypothecæ, quam ante habuit. Res enim redit in pristinam caussam (814).

Obs. 452. ad §. V.

Dicunt) Sed verior est sententia, quod in dubio semper ius prioritatis non ipsum pignus remissum censeatur. Nam vbi duplex interpretatio oritur, ea præferenda est, quæ minus nocet. Lex autem 12. pr. D. h. t. de eo casu accipi debet, vbi ex circumstantiis manifesto apparet, creditorem omne ius pignoris remittere voluisse (815).

Liber.

---

(813) *cit. §. 15.*

(814) *l. 10. pr. §. 1. D. h. t.* BRVNNEMANN *ad l. fin. C. de remiss. pignor.* STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 3.*

(815) LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 233. p. 788.*

Liber. XXI. Titulus I.

De

Aedilitio Edicto, redhibitione & quanti minoris.

Obs. 453. ad §. II.

Jurisdictio) Vel potius quia regulariter Edictum ædilitium pertinebat ad conuentiones dominii translatiuas (816). Locatio vero dominium non mutat (817).

Obs. 454. ad §. III.

Impedit) Ob vitia enim animi actionem negant ædiles, nisi illa vel abesse promiserit venditor, & non absunt, vel corporis vsum simul impediant. Ex emto tamen agi potest, si venditor sciens animi vitium reticuerit, veluti si equus sit pauidus aut calcitrosus. Animi enim non corporis vitium est (818).

(816) *l. 19. §. 5. D. h. t.*

(817) *l. 39. D. Locati.* HERTIVS *Lib. I. paræm. 54. §. 2.*

(818) *l. 4. §. 3. 4. D. h. t.* BVDER *Diss. de vitiis pecorum venalium.*

Obſ. 455. ad §. III.

Haarſchlechtig) Vel potius hartſchlägig ſeu hertzſchlägig, ſi vitio palpitantis cordis vel aſtmate laboret, ita vt vix iter ingreſſus anhelans vlterius procedere non valeat, ſed ſuffocari velle videatur (819).

Obſ. 456. ad §. IV.

Menſes) Scilicet vtiles. Illi enim dies tantum computantur, quibus iudicis copia haberi poteſt (820). Hodie Doctores propter legem finalem C. de tempor. in integr. reſtitution, qua Juſtinianus difficilem illam dies iuridicos computandi rationem tollere voluit, tempus quadruplicatum ſubſtituunt (821).

Obſ. 457. ad §. V.

Anno) Hodie quadriennio continuo (822). Vtilis eſt hæc actio, ſi redhibitoria propter præſcriptionem amplius inſtitui nequit (823).

Obſ.

---

(819) BARTHIVS *Hodegeth. forenſ. p. 246.* VITRIARIVS *Diſſ. de tribus vitiis equorum capitalibus ſaxonicis.*

(820) *l. 28. l. 31. §. 22. D. h. t.*

(821) STRYCK *de Action. forenſ. inueſtigand. ſect. 3. Membr. 3. Axiom. 2. n. 13.*

(822) *l. fin. C. de tempor. in integr. reſtitut.*

(823) *l. 48. §. 2. D. h. t.* STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 46.*

Obſ. 458. ad §. VIII.

Arbitraria) Judex enim pro ratione circumſtantiarum pœnam irrogat (824).

Liber. XXI. Titulus II.

De

Euictionibus & duplæ ſtipulatione.

Obſ. 459. ad §. II.

Contrahunt) Quod procul dubio in odium Judæorum introductum fuit, vt ſcilicet Chriſtiani abſterreantur cum iis contrahere, cum ſciant, ipſis contra hos regreſſum non dari (825).

Obſ. 460. ad §. IV.

Renunciauit) Quia hæc omnia quidem in proprium, non vero tertii præiudicium facere poteſt (826).

(824) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 136.* ibi: Nach Gelegenheit und Geſtalt der Sachen geſtrafet werden.

(825) STRYCK *Vſ. Mod. Pand. h. t. §. 3.*

(826) *l. pen. C. de Pactis.* STRVVIVS *Exerc. 27. §. 30.*

Obſ. 461. ad §. V.

Regreſſum) Quem igitur ea omiſſa amittit. Niſi probare velit, euincentem iure victoriam reportaſſe, nec auctorem, etſi ei lis tempeſtiue denunciata fuiſſet, victoriam hanc interuentione ſua impedire non potuiſſe (827).

Obſ. 462. ad §. V.

Neceſſariis) Non enim neceſſe eſt, vt integra acta transmittantur (828). Quod etiam in terris Pruſſicis ita obtinet (829).

Obſ. 463. ad §. VI.

Poteſtate) Tale enim principis factum pro caſu fortuito reputatur. Quod indicat Paroemia: vor Gewalt iſt man zu gewähren nicht ſchuldig (830).

Obſ.

---

(827) LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 241. Med. 7. p. 547.*

(828) Anleitung zum Proceß *Lib. 2. Cap. 2. §. 5.*

(829) COD. FRID. *Part. III. Tit. 12. §. 11.* ibi: Damit aber der Litis Denunciatus in den angeſetzten Termino um ſo viel mehr gefaſt ſeyn könne, ſoll der Denunciante auf ſeine Koſten ihm Copiam von dem übergebenen Libello, und was ſonſten den Grund der Sache betrift, communiciren laſſen.

(830) HERTIVS *Lib. I. Paræm. ſſ.* STRYCK *Diſſ.*

Obs. 464. ad §. VIII.

Creuerit) Cum euictionis præstatio non solum restitutionem pretii, sed etiam refusionem eius, quod interest, comprehendat (831).

Liber. XXII. Titulus I.

De

Vsuris & fructibus, & caussis & omnibus accessionibus & mora.

Obs. 465. ad §. I.

Prohibita) Ex male intellecto dicto Christi (832). Christus enim loquitur ex mente legis Mosaicæ, quæ prohibebat saltem fœnus inter Judæos (833). Sed

Diss. de principe euincente. LYNCKER *Decis. 238.*

(831) STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t.* §. 2. Conf. LYNCKER *Diss. de euictionibus.*

(832) LVC. *Cap. 6. vers. 35.*

(833) NOODT *de Vsur. & fœnor. Lib. I. Cap. 10.* GERDESIVS *Progr. de Pontifice in prohibendis vsuris errante.*

hæc lex nos non stringit (834). Interim Pontificii in fraudem legis inuenerunt pactum de retrouendendo & annuos reditus (835).

Obs. 466. ad §. III.

Vsi sint) In terris Brunsuicensibus pacta de vsuris semissibus inualida sunt, & creditores ad restitutionem eius compelluntur, quod vltra quincunces acceperunt (836). In Saxonia Electorali tantum semisses accipere licet in cambiis & in mutuo principi dato (837). Interea non debentur vsuræ semisses in iis prouinciis, vbi licitæ sunt, nisi expresse promissæ (838). In terris vero Prussicis semisses semper intelligi debent, si debitor vsuras consuetas & vsita-

(834) NOODT *l. c. Cap. 11.* DORETTI *Diss. de iustitia hodiernarum vsurarum vulgo Interesse* MANTZEL *Diss. de moralitate vsurarum.* WAGNER *Diss. de vsuris omni iure licitis.* BOEHMERVS *Diss. de fundamento vsurarum pecuniæ mutuatitiæ.*

(835) THOMASIVS *Diss. de vsu practico distinctionis inter emtionem cum pacto de retrouendendo & contractum pignoris.*

(836) LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 245. Med. 4.*

(837) ORD. RECOGN. in Anhang *p. 166. seq.*

(838) LEYSERVS *l. c. Med. 6.*

vſitatas Landübliche Zinſen creditori ſuo promiſerit (839).

Obſ. 467. ad §. IV.

Recepimus) Ex hac potiſſimum ratione, quod Jus Nouellarum quoad hunc paſſum in obſeruantiam non venerit, cum ex dicta Nouella nulla Authentica Codici inſerta fuerit (840).

Obſ. 468. ad §. VII.

Conuertit) Licet enim multi id propter generalem prohibitionem citatæ legis 28. negent (841): tamen verior eſt Auctoris ſententia, quia penes tutorem vſuræ ſortis

(839) Königliche Preußiſche CONCVRS und HYPOTHEQVEN Ordnung *§. 18.* Derſelben *Declaration §. 7.* Conf. BODINVS *Diſſ. de vſuris licitis vltra Quincunces.* DE MEIERN Gedancken von Rechtmäßigkeit des ſechſten Zinß-Thalers in Teutſchland.

(840) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 17.* Vid. TABOR *de altero tanto vſurario.* WERNHER *Diſſ. de vſuris per modum intereſſe vltra alterum tantum non exigendis.* DE LVDEWIG *Diſſ. de vſuris præcipue vltra alterum tantum.*

(841) STRYCK *l. c. §. 18.*

tis loco sunt aut certe esse debebant, ne lucrum ex tutela faceret (842).

Obs. 469. ad §. VII.

Mutetur) Cum cedens in cessionarium non plus iuris transferre possit, quam ipse habet, & cessionarius eodem iure cum cedente vti debeat (843).

Obs. 470. ad §. XII.

Caussa) Veniunt etiam caussæ nomine impensæ litis, si reus condemnatur, vt pecuniam restituat cum omni caussa. Nam sub omni caussa damna data continentur (844), quorsum sine dubio sumtus

(842) *l. 58. pr. §. 1. D. de administrat. & pericul. tutor.* MENCKE *Diss. de tutore ad vsuras ex suo debito vsurarum obligato thes. 5. seq.* HERTIVS *Lib. I. paræm. 57.* CONSVLT. LIC. WINCKLER *Diss. de Anatocismo licito & illicito sub Præsidio* PERILLVSTRIS CARRACHII *habita §. XII.* REINHARDT *Diss. de vsuris vsurarum licitis.*

(843) STRYCK *Cautel. Contract. sect. 2. Cap. 1. §. 3.* HENRICVS A COCCEJI *Diss. de Anatocismo sect. 2. §. 13.* Add. LIPPOLD *Diss. de Anatocismo.* KERSTAN *Diss. de Anatocismo iure naturæ non prorsus illicito.*

(844) *l. 5. C. de rei vindicat.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0278
DFG

tus litis pertinent, quos victor erogauit (845).

Obſ. 471. ad §. XV.

Requirunt) Quia conditionis exiſtentia, quidem debitum facit verum & purum, non autem ſimul diem ſolutionis definit (846).

Obſ. 472. ad §. XVI.

Deponendi) Scilicet ſi ſint res mobiles. Nam in iis rebus, quæ realem oblationem & conſignationem ſua natura reſpuunt, verbalis oblatio ſufficit (847).

Liber. XXII. Titulus II.

De

Nautico fœnore.

Obſ. 473. ad §. II.

Adſecurationis) Contractus adſecurationis definitur: Conuentio, qua quis rerum,

(845) LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 251. p. 923.*

(846) ARVMAEVS *de Mora Cap. V. n. 17.*

(847) *Diſſ. noſtra de obſignatione iudiciali Cap. V. §. 6. Edit. Nou. d. a. 1738.*

rum, quæ ad alium ſpectant, transportandarum periculum pro certo pretio in ſe ſuscipit (848).

Obſ. 474. ad §. III.

Bodmeria) Adſecuratio continet periculum mercium alienarum, Bodmeria periculum pecuniæ propriæ. Sed quia in carinam ſeu fundum nauis nauarchus accipit pecuniam perituram, ſi fundus nauis interierit, procul dubio etiam hic der Boden des Schiffes obligatur (849).

Liber.

---

(848) HERTIVS *Lib. I. parœm. 43. §. 5.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 254.* HENRICVS A COCCEJI *Diſſ. de Aſſecuratione.* CRONIVS *de iure adſecurationum.* MEIER *Diſſ. de aſſecurationibus.* WERLHOF *Diſſ. de inſtrumento adſecurationis vulgo Poliza.* SCHELL *Diſſ. de Poliza.*

(849) HERTIVS *l. c. §. 36.* SCHILTER *Exerc. 35. Theſ. 14. Exerc. 27. Theſ. 28.* BODINVS *Diſſ. de Bodmeria.* HENRICVS A COCCEJI *Diſſ. de Bodmeria.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0280
DFG

Liber. XXII. Titulus III.

De

Probationibus & præsumtionibus.

Obs. 475. ad §. IV.

Negatiuæ) Sed hæc indistincte probanda est ab actore, qui in ea fundamentum actionis ponit; veluti si substitutus petit hereditatem, fundamentum petitionis est, quod primus heres non adierit hereditatem, vel eam omiserit. Si quis a transactione recedere velit, quod alter ei haud steterit, caussam actionis in eo constituit, reum contra transactionem egisse & promissa non impleuisse (850).

Obs. 476. ad §. V.

Consuetudo) Jura enim quia legibus continentur probanda non sunt (851). Quod

(850) BOEHMERVS *Jur. Ecclesiast. Protest. Lib. II. Tit. 19. §. 4. seq.* Anleitung zum proceß. *Lib. I. Cap. 9. §. 9.* HENRICVS A COCCEJI *Diss. de directa probatione negatiuæ.*

(851) THOMASIVS *Diss. de fide iuridica Cap. 2. §. 34.*

Quod vero de consuetudine dictum est, id etiam de receptione iuris vel obseruantiæ dicendum erit (852).

Obs. 477. ad §. VI.

Obtinuit) Alibi tamen veluti in Cancellaria Cellensi terminus probatorius a die publicatæ sententiæ currere incipit (853). Ceterum in terris Prussicis, si probatio per testes expeditur, Articuli probatoriales intra 14. dies a die Judicati computandos iudici offerri debent. Elapso autem hoc termino probatio deserta est (854).

Obs. 478. ad §. IX.

Hominem) Quia scilicet priuatorum præsumtiones nihil ad rem faciunt. Neque etiam testes de præsumtione, sed de certa scientia examinantur (855).

Obs. 479. ad §. XI.

Improprie) Quamdiu aliquid præsumitur, de veritate nondum certo constat. Igitur si nunc de ea constaret, absone præsumeretur

(852) STRVVIVS *Exerc. 2. §. 21.*
(853) Anleitung zum Proceß *l. c. §. 5.*
(854) COD. FRID. *Part. III. Tit. 28. sect. I. §. 4. seq.*
(855) LVDOVICI *Diss. de præsumtione bonitatis.*

retur id, quod non est. Pertinent itaque eiusmodi dispositiones ad sanctiones pœnales (856).

Liber. XXII. Titulus IV.

De

Fide instrumentorum & amissione eorum.

Obs. 480. ad §. IV.

L*ustro)* Igitur indictio semper tria lustra continet. Non vero recte scribitur a Notariis; indictione prima, secunda, tertia, quia est annus primus, secundus, tertius indictionis præsentis. Vna enim elapsa statim noua inchoatur: Pertinent huc versus (857):

Si per quindenas domini diuiseris annos,
His tribus adiunctis, Indictio certa patebit,
Si nihil excedit, quindena indictio currit.

Obs.

(856) THOMASIVS *Diss. de præsumtione allodialitatis §. 15. seq.* MENCKEN *Diss. de præsumtionibus iuris & de iure contrarii probationem admittentibus.*

(857) LINCKEN *Diss. de Indictione Roma-*

na

Obſ. 481. ad §. VII.

Communi) Jure enim Saxonico quidem recognitio requiritur, vt tamen iurata diffeſſio permiſſa non ſit. Qua vero in Saxonia Electorali non amplius opus eſt (858).

Obſ. 482. ad §. VII.

Fuerit) Copia vidimata ab auſcultata ſolum quoad modum exemplificationis differt, quia in auſcultatione alter prælegit, alter vero auſcultat, in vidimatione contra vnus vtrumque & copiam & originale perlegit. Sed ſi copia plene probare debet, requiritur, vt exemplificatio fiat iis præſentibus, quorum intereſt, ſeu contra quos exemplum aliquando producendum eſt, & quidem iisdem notis, cyphris & interlineaturis, prouti hæc in originali deprehenduntur, vt ſalua ſit parti aduerſæ exceptio (859). Ceterum vocabulum vidimata procul dubio descendit a verbo videre. Nam collatores olim eius

---

na Cap. III. §. 8. Add. MYLIVS *Diſſ. de Notario peccante in inſtrumento publico conficiendo.* STRVVIVS *Diſſ. de Notariis.* GOEBEL *Diſſ. de Cautelis Notariorum.*

(858) ORD. RECOGN. *Tit. 25. §. 2.*

(859) STRYCK *Cautel. Contract. ſect. 2. Cap. 7. §. 14. 15.*

eiusmodi copiæ subscribere solebant: Vidimus N. N. (860). Vnde eorum sententia minus probabilis est, qui a fide, quam talis copia facit, scribere malunt; fidemata (861).

Obs. 483. ad §. IX.

Faciunt) Quod in Saxonia Electorali tunc obtinet, si vtrique litigantes mercatores sint. Alias enim si adhuc alia probationum adminicula concurrant, iuramentum suppletorium, non autem iurata confirmatio des Handels-Buchs locum habet. Sed illis deficientibus reo iuramentum purgatorium iniungitur (862). In terris quoque Hannoueranis sancitum est, vt saltem hi libri semiplenam fidem habeant, si vtrique litigantes mercatores sint (863). Idem quoque in Principatu Altenburgico iuris est (864). In terris vero Prussicis

(860) BLVMIVS *Proceſſ. Cameral. Tit. 63. §. 36.*

(861) STRYCK *de Jure ſenſuum Disp. I. Cap. 1. n. 4.* BECK *Diſſ. de vidimus, ſeu copiis vidimatis.* MYLIVS *Diſſ. de copia vidimata.*

(862) ORD. RECOGN. *Tit. 30. §. 4.*

(863) PVFFENDORF *Proceſſ. Luneburg. Part. III. Cap. 8. §. 24.*

(864) Altenburgiſche Erläuterte Proceß-Ordnung *Part. I. Cap. 16. §. 4.*

post lapsum sex mensium omnem vim probandi amittunt, intra tres menses autem a die contracti debiti semiplenam probationem inducunt (865). Qui etiam in Holsatia non probant, nisi debitoris subscriptio accesserit (866). Obs.

(865) COD. FRID. *Part. III. Tit. XXII. §. 13. 16. 17.* ibi: Die Handels-Bücher sollen, woferne nur die Schuld binnen 3. Monathen von der Zeit an da solche contrahiret, von dem debitore eingeklaget wird, semiplene probiren: nach Sechs Monathen hat das Handels-Buch weiter keinen fidem, sondern der Kauffmann muß durch Zeugen oder durch des Käufers Hand und unterschriebenen Rechnung die Lieferung erweisen, und soll die Delatio Juramenti nicht statt haben. Daher wenn jemand seine Waaren länger als drey Monathe borgen wolte, alsdenn soll er seine Forderung, wenn sie ihm bey entstehender Zahlung nicht gestanden werden solte, entweder durch unterschriebene Rechnungen, Obligationes oder anderen rechtlichen Beweiß, ausser der Eydes-Delation (als welche niemahls statt haben soll) so gut er kann behaupten. Wir wollen jedoch, daß dieses wegen obgesetzter Drey monathlichen Frist allein in Sachen, so zwischen denen Unterthanen unserer Chur-Lande vorkommen, statt haben, nicht aber auf die einheimischen Handels-Leute, wann einer mit den andern zuthun hat, gezogen werden solle, sondern derselben beschworne Handels-Bücher, wann sie die gehörigen Requisita haben, sollen wie sonsten Rechtens gelten.

(866) Rechtliche Anmerckungen *p. 8. seqq.*

DE

Obs. 484. ad §. IX.

Rationem) Si scilicet de ipso debito constat & saltim de quantitate debiti dubitatur (867).

Obs. 485. ad §. XI.

Permittitur) Si scilicet doceatur casus, per quem facta sit amissio, veluti quod ædes sint combustæ. Tunc enim eius iuramento fides habetur, quod simul combusta sint instrumenta, ita tamen vt parti aduersæ integrum sit, probare allegatæ amissionis falsitatem (868).

DE LVDEWIG in denen Hällischen Anzeigen *d. a. 1734. Num. 44. 45. 46. p. 698. seq.* LANGERMANN *Diss. de probatione per libros mercatoris mortui.* BODINVS *Diss. de libris mercatorum suspectis.* HEINECCIVS *Diss. de mercatorum, qui foro cesserunt, rationibus & codicibus.* EDZARDI *Diss. de fide librorum mercatorum.*

(867) *l. 1. §. 40. D. Depositi. cap. 32. X. de Jureiurand.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. Spec. 279. Med. 2.* HEESER *de Rationibus Loc. X. n. 243.*

(868) MASCARDVS *de Probationib. Conclus. 88.* MENOCHIVS *de Præsumtionibus Lib. 6. Præsumt. 61.*

Liber. XXII. Titulus V.

De

Testibus.

Obs. 486. ad §. I.

Impuberes) Si vel maxime pubertati proximi sint. Cum enim his ob fidei debilitatem & periurii metum iuramentum deferri nequeat (869), testes autem sine iuramento fidem non faciant (870); consequitur, vt idonei testes esse non possint (871). Quamuis negandum non sit, eorum testimonium iniuratum aliis concurrentibus adminiculis aliquam probabilitatem facere (872).

Obs. 487. ad §. I.

Principiis) Quia scilicet cum fidem non habeant, etiam fidem facere non possint. Sed aperte confundunt fidem theologicam cum

---

(869) *l. 34. §. 2. D. de iureiurand.*

(870) *l. 9. C. h. t.*

(871) B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 1.* FRAVENDORFIVS *Diss. de testibus pubertati proximis.*

(872) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 4.* LAVTERBACH *Colleg. Pandect. h. t. §. 15.* Conf. STRYCK *Diss. de testimonio iniurato.*

cum fide iuridica. Propterea apud Euangelicos, vbi hæretici publica protectione fruuntur, a testimonio haud repelluntur (873). Sola enim religionis diuersitas fidem non diminuit, nisi diminutio aliunde oriatur, veluti a præsumtione odii, quod Judæis contra Christianos imputari solet (874).

Obs. 488. ad §. I.

Admittuntur) Id quod de iure Ciuili certum est (875). Sed iure Canonico indistincte quicunque infamia iuris notati repelluntur, modo crimen obiectum probari queat (876). Quod vsu fori sequimur (877).

Obs. 489. ad §. II.

Non possit) Quod non in genere verum est, cum alias omnes leges habilitatem testium requirentes otiosæ ac frustraneæ es-

(873) THOMASIVS *Diss. de fide iuridica.*

(874) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 2. Tit. 20. §. 3.* THOMASIVS *Diss. de quæstione: An duorum Judæorum testimonium contra Christianum plene probet?* KAESTNER *Progr. de teste Judæo.*

(875) *l. 13. D. h. t.*

(876) *cap. 54. 56. h. t.*

(877) BOEHMERVS *l. c. §. 10.*

sent; sed tunc demum hoc obtinebit, si tale negotium adsit, vt verosimiliter alii testes, quam qui producuntur, ob circumstantiam loci, temporis aut similem interuenire non potuerint (878).

Obs. 490. ad §. V.

Reuelauit) Cum vtrobique eadem ad silentii fidem subsit obligatio (879). Si vero Confessionarius dicta reuelat, eius testimonium nihil operatur, quia confessio non homini sed Deo facta est (880). Idcirco etiam in prouerbio dicimus: Pfaffen sollen nicht aus der Beichte schwätzen (881).

Obs.

---

(878) STRYCK *l. c. h. t. §. 11.* LEYSERVS *l. c. spec. 283. Med. 12.* MENCKE *Proceſſ. Tit. 20. §. 15.* REICHEL *Diſſ. de genuina ratione arbitrii iudicis circa teſtimonia, maxime ſi veritas aliter haberi nequit.*

(879) STRYCK *Diſſ. de credent. reuelation. Cap. 2. n. 58.*

(880) BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. 7. Tit. 21. §. 8. ſeq.*

(881) HERTIVS *Lib. I. paræm. 63.* TILESIVS *Diſſ. de ſigillo confeſſionis.* BEIER *Tract. de ſigillo confeſſionis*, ob und wie weit aus der Beicht zu ſchwatzen. FRIESIVS *Progr.*

Obs. 491. ad §. IX.

Proficua) Quia scilicet omnes testes in vnum rei finem concordant & conspirant (882).

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. XXII. Titulus VI.

De

Juris & facti ignorantia.

Obs. 492. ad §. I.

Certat) Rectius ita dicitur: Ignorantia iuris nocet in lucro quærendo (883), non vero si quis de suo quid amisit, quoniam iniquum esset, vt quis ob errorem iuris deminutionem patrimonii sui pateretur, alter vero exinde lucrum caperet. Sic datur repetitio ei, qui vsuras vsurarum creditori ex ignorantia iuris

---

Progr. de sacerdote iurato in confessione enunciata negante non periuro. B. PERTSCHIVS Recht der Beicht-Stühle.

(882) *l. 16. C. de Pœnis.* Add. BOEHMERVS *Diss. de collisione probationum.*

(883) *l. 9. C. ad Leg. falcid.*

soluit (884), vel cum compensare posset, ignorans ius suum soluit (885).

Liber. XXIII. Titulus I.
De
Sponsalibus.

Obs. 493. ad §. II.

Præsenti) Scilicet matrimonio. Improprie igitur dicuntur sponsalia, cum ex mente Pontificis iam ipsum sint matrimonium. Apud Euangelicos vero omnia sponsalia sunt de futuro, scilicet matrimonio (886).

Obs. 494. ad §. III.

Contrahendo) Immo nequidem secundum ius Canonicum impuberes sponsalia de præsenti inire possunt, quippequæ matrimo-

(884) *l. 26. §. 1. D. de condict. indebit.*
(885) *l. 10. §. 1. D. de Compensat.* BOEHMERVS *de Actionib. sect. 2. Cap. 5. §. 27.*
(886) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 4. Tit. I. §. 10. seq.* IDEM *Diss. de sponsalibus de futuro & de præsenti.* IO. SAM. STRYCK *Diss. de natura sponsaliorum & diuisione.*

trimonium constituunt. Quod si pubes cum impubere sponsalia celebret, ea claudicant, cum ille quidem resilire non possit, bene vero hæc (887).

Obs. 495. ad §. IV.

Pura) Quæ ex doctrina Lutheri de præsenti, conditionata autem de futuro dixerunt (888). Immo falsi sunt, qui sponsalia de futuro tantum tractatus de futuro matrimonio esse existimant. Qui enim fidem dederunt de matrimonio, a fide data resilire nequeunt (889).

Obs. 496. ad §. V.

Absurdum) Jure Canonico tria matrimonii essentialia supponuntur; proles, fides, sacramentum. Igitur si contra has essentiales matrimonii proprietates conditio resolutiua adiecta fuerit: consensus matrimonialis prorsus deficere creditur. Sed pertinet hæc dispositio ad

(887) *cap. 7. in fin. X. de de sponsal. Impuber.* BOEHMERVS *l. c. Tit. 2. §. 28. seq.* Conf. DE WOLZOGEN *Diss. de Connubiis infantum inter illustres maxime frequentatis.*

(888) BOEHMERVS *l. c. Tit. I. §. 26. seq.*

(889) *cap. 2. 22. X. h. t.* BOEHMERVS *l. c. §. 35.* THOMASIVS *Diss. de pactis futurorum sponsaliorum §. 20.*

ſponſalia de præſenti, quæ ipſum matrimonium conſtituunt (890). Igitur ſponſalia æque vt alii contractus ex conditione turpi & impoſſibili vitiantur. Apud Euangelicos vel in hierologia publice hanc conditionem profitentur, vel non. Si prius, iis denegaretur copula ſacerdotalis, ſin poſterius ipſo facto receſſiſſent a conditione & priuata proteſtatio nullius eſſet momenti (891).

Obſ. 497. ad §. VI.

Conſenſerint) Horum conſenſus etiam Jure Saxonico ſufficit, vt ſponſalia publica ſint. Conſtitutio enim Electoralis tunc demum teſtes requirit, ſi deſponſati parentibus ſint orbati (892).

Obſ.

---

(890) Nam in *cap. fin. X. de condit. appoſit.* ſolius matrimonii mentio fit.

(891) BOEHMERVS *l. c. Tit. 5. §. 7. ſeq.* LVDOVICI *Diſſ. de conditionibus ſponſaliorum impoſſibilibus.*

(892) CARPZOV. *Part. 4. Conſt. 20. Def. 7.* BERGER *Oeconom. Jur. Lib. I. Tit. 3. §. 4.* Conf. MVLLER *Diſſ. de ſponſalibus ſine teſtibus contractis.* BECK *Diſſ. de deſponſationibus liberorum neglecto parentum conſenſu initis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0294
DFG

Obs. 498. ad §. VII.

Accesserit) Liberi enim per adhibitionem benedictionis sacerdotalis vel copulæ carnalis ius consentiendi parentibus quæsitum auferre non possunt. Immo hac ratione liberis male moratis latissima aperiretur fenestra, ius parentibus quæsitum eludendi. Nec vllo fauore digna est vitiata, quæ potius damnum quod sua culpa sentit, sentire non videtur. Si vero fuerit decepta, puniri potest seductor, parentibus vero ius quæsitum facto illicito auferri nequit (893).

Obs. 499. ad §. IX.

Adsit) Licet sponsalia non sint matrimonium & æque vt alii contractus mutuo dissensu dissolui possint: tamen receptum est, vt dissolutio Consistorii auctoritate fieri debeat, cum non simpliciter desponsatorum arbitrio subiecta sint, vt reliqui contractus consensuales (894).

Obs.

---

(893) BOEHMERVS *l. c. Tit. 2. §. 20. seq.* STRYCK *de dissensu sponsalitio sect. 4. Cap. 1. §. 32.*

(894) BOEHMERVS *l. c. Tit. I. §. 162.* STRYCK *l. c. sect. 3. §. 16. seq.* Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 8. §. 10.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0295 DFG

Obſ. 500. ad §. X.

Tollit) Cum ſponſalia in ſe habeant tacitam conditionem, rebus ſic ſtantibus: conſequens eſt, vt toties adſit iuſta repudii cauſſa, quoties tam notabilis ſuperuenerit rerum mutatio, vt ſi alter deſponſatorum eam præuidere potuiſſet, nunquam rationabiliter ſponſalia contraxiſſet, præſertim cum in ſponſalibus res ſit integra & hoc malum atque infortunium præcaueri poſſit (895).

Obſ. 501. ad §. XI.

Acceſſerit) Hic caſus itaque & alter, ſi condemnatus fuerit, vt puellam impræg-natam aut ducat, aut dotet & eam dotare nequeat, abſolutam coactionem requirunt, adeo, vt ſi ante copulam ſacerdotalem aufugerit, præmiſſa edictali citatione per ſententiam pro eius legitima vxore declarari, in eiusque bona immitti poſſit (896).

Obſ. 502. ad §. XII.

Reſtituuntur) Quod autem hodie ſe aliter habet & morte alterutrius interueni-

ente,

---

(895) BOEHMERVS *l. c. §. 168.* LEYSERVS *Med. Pandect. ſpec. 295. Med. 2. ſeq.*

(896) BOEHMERVS *l. c. §. 53. ſeq.* STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. Tit. de Peculio §. 15.*

ente, arrha & a defuncti heredibus & a parte superstite retinetur (897).

Obs. 403. ad §. XIII.

Contractis) Scilicet iure Canonico sponsalia de præsenti ob concurrentem consensum coniugalem fortius ligant, quam sponsalia simplicia etiam anteriora. Quod vero minus recte in foris Euangelicorum ad concursum sponsalium purorum & conditionatorum adplicant. Nam pura æque sunt de futuro ac conditionata, adeoque non adest concursus sponsalium de præsenti & de futuro, sed tantum de futuro. Igitur cum in sponsalibus eiusdem speciei priora præferantur posterioribus: consequens est, vt conditionata anteriora existente conditione præferenda sint puris posterioribus (898).

Liber.

---

(897) CARPZOV. *Jurispr. forens. Part. 3. Const. 19. Def. 13.* TENZEL *Diss. de restitutione arrhæ vel sponsalitiæ largitatis morte sponsi vel sponsæ interueniente.*

(898) BOEHMERVS *l. c. Tit. I. §. 61.*

Liber. XXIII. Titulus II.
De
Ritu Nuptiarum.

Obſ. 504. ad §. II.

Procreatio) Accuratius definitur matrimonium: ſocietas maris & feminæ indiſſolubilis generandæ prolis & mutui adiutorii cauſſa inita.

Obſ. 505. ad §. V.

Baptismo) Quia ſcilicet ex ipſa ſuſceptione paternitas quædam ſpiritualis contracta videtur inter baptizantem & baptizatum, confraternitas vero inter baptizatum & liberos baptizantis vel patrinorum (899).

Obſ. 506. ad §. IX.

Jus Canonicum) Inuenit hanc computationem Alexander II. eamque in Concilio anno 1065. adprobauit. Igitur ſecundum ius Canonicum computatio a communi ſtipite ineunda eſt, cum fundamentum omnis conſanguinitatis in communi

(899) BRÜCKNER *Deciſ. Matrimonial. Cap. 4. n. 64.* LVDOVICI *Diſſ. de effectu baptismi iuridico.*

muni ſtipite quærendum ſit. Sed cum hic non quæratur de diſtantia perſonarum a communi ſtipite, ſed a ſe inuicem: conſequens eſt, vt a deſponſandis computatio inchoari & in iis etiam finiri deberet (900).

Obſ. 507. ad §. IX.

Inchoat) Sed hæc regula, qua vſus Gregorius IX. (901) abſurdiſſima eſt, quia facit, vt proximior æque remotus ſit, ac quidem remotior. Inde nec Curia Romana eam ſeruat, ſed requirit, vt exprimatur, quoto gradu vterque diſtet a ſtipite, veluti in gradu tertio & quarto lineæ inæqualis. (902).

Obſ. 508. ad §. XI.

Prohibitioni) Deus prohibitionibus ſpecialibus præmittit generalem, de non ducenda propinqua, & eo ipſo oſtendit, nos debere in dubio ad hanc rationem communem in prohibitionibus ſpecialibus recurrere. Nam vbi eadem eſt legis ratio, ibi quoque eadem eſſe debet legis dispo-

(900) BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſtant. Lib. IV. Tit. 14. §. 14. ſeq.* IDEM *Inſt. Jur. Canon. Lib. IV. Tit. 13. §. 1. & 2.*

(901) in *cap. fin. X. de conſanguin. & affinitat.*

(902) BOEHMERVS *l. c. §. 19.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0299
DFG

dispositio. Quid quod ex contraria sententia etiam id absurdum sequeretur, nepotem in matrimonium ducere posse auiam, & pronepotem proauiam, cum harum personarum expresse mentio non fiat. Non obstat quod vers. 7. patris & matris nomine omnes ascendentes venire dicant. Cum enim hoc casu interpretationem extensiuam admittant, absone eandem in reliquis gradibus negant (903). In terris Prussicis in casibus iure diuino expresse non prohibitis libera sunt matrimonia & sine omni indulgentia contrahuntur (904).

Obs. 509. ad §. XV.

Probabile) Immo admodum probabile est; versu 11. fratris & sororis consanguineæ prohiberi nuptias. De hac enim coniuncti-

(903) THOMASIVS *Jurisprud. diuin. Lib. 3. Cap. 3. §. 129. seq.* BVDDEVS *Theolog. Moral. Lib. 2. Cap. 3. sect. 6. §. 12.* Videatur tamen CELEB. AYRER *in Commentatione de iure dispensandi circa connubia iure diuino diserte non prohibita.* ANONYMVS *in Commentatione de matrimoniis prohibitis, permissis, prohibendis, permittendis & speciatim de connubio cum vidua patrui.*

(904) EDICTVM REGIVM *d. d. 3. Jul. 1740. in den Hällischen Anzeigen d. a. 1740. p. 477.*

iunctione nihil dictum erat versu 9. vbi saltem interdicitur matrimonium cum sorore germana & vterina. (905).

Obs. 510. ad §. XVIII.

Licet) Cum vox sororis sit ambigua & ea etiam quæuis consanguinea, affinis & popularis significetur, fuerunt, qui polygamiam hic prohiberi existimarunt. Verum totus contextus docet, hic non de personis nomine talibus, sed vero sanguinis vinculo iunctis agi (906). Hinc planissime ita dici potest: hoc matrimonium ex fundamento legum matrimonialium fuisse prohibendum, sed Deum id iterum permisisse Judæis, ita tamen, ne simul duas sorores ducerent (907).

Obs. 511. ad §. XXI.

Existimant) Verum omnino est, polygamiam simultaneam iure diuino non prohiberi. Tantum enim abest, vt tollat & impe-

T

(905) STRVVIVS *Exercit. 29. §. 51.* BOEHMERVS *l. c. §. 32.* BERGER *Diss. de matrimonio compriuignorum.*

(906) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 22.*

(907) BVDDEVS *l. c. §. 12.* THOMASIVS *Casib. Juridic. Part. 2. Cas. 8.* B. J. G. WOLFF von der Ehe mit des Weibes Schwester. *Edit. Nou. d. a. 1756.*

impediat finem principalem matrimonii, vt illum potius promoueat. Deinde Christus (908) loquitur de diuortio & reuocat Phariſæos ad primæuam matrimonii inſtitutionem, demonſtrans; ideo coniunctos eſſe coniuges, non vt ſeparentur, ſed vt maneant vna caro. Quæ igitur ad polygamiam trahi nequeunt, quia in ea non dirimitur vnitas carnis, ſed potius retinetur. Ex primæua vero inſtitutione ſalrem apparet, Deum hominem cum femina coniunxiſſe, polygamia autem tot continet matrimonia, quot quis habet vxores (909).

Obſ. 512. ad §. XXII.

Sacerdotalem) Benedictio ſacerdotalis eſt: Publica declaratio conſenſus coniugalis coram eccleſia adhibitis a miniſtro eccleſiæ piis precibus & votis. Quæ benedictio tempore Juſtiniani incognita & demum

(908) MATTH. *Cap. 19. verſ. 4.*

(909) THOMASIVS *ad* LANCELLOTTVM *Inſt. Jur. Canon. Lib. 2. Tit. 12. §. n. 395.* HOPPIVS *Comment. ad Inſt. Tit. de Nuptiis §. 7.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 9.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 297. Med. 10.* IDEM *Diſſ. de Polygamia.* BRÜCKNER *Deciſ. iur. matrimon. Cap. 14. n. 4. ſeq.*

mum lege publica a Leone Philosopho introducta fuit. (910). Igitur eadem necessaria est ex præscripto legum publicarum, vt per illam consensus matrimonialis declaretur, & pertinet inter ritus ecclesiasticos libere receptos & confirmatos. Forma vero actui a legislatore præscripta ab eodem pro lubitu tolli & immutari potest. Sic in Belgio matrimonium citra talem copulationem coram magistratu contrahitur, & ita contractum omnino legitimum censendum est (911).

(910) NOV. *89.*

(911) BOEHMERVS *l. c. Lib. IV. Tit. 3. §. 41. seq.* IDEM *Diss. de iure principum protestantium circa solemnia matrimonii ecclesiastica.* LEYSERVS *l. c. spec. 295.* MENCKE *Diss. de eo quod iustum est circa ritum & formulam Aaroniticam in ecclesia benedicendi.* IDEM *Progr. in quo vindiciæ benedictionis sacerdotalis, quæ nouis nuptis tribuitur, exhibentur.* HOFFMANN *Progr. de effectibus benedictioni sacerdotali perperam adscriptis.* KAYSER *origines benedictionis sacerdotalis.* SAHME *Diss. de matrimonio legitimo absque benedictione sacerdotali.*

Liber. XXIII. Titulus III.

De

Jure Dotium.

Obſ. 513. ad §. II.

Putatiuum) Quia ſcilicet coniuges fuerunt in iuſta ignorantia facti, quæ in hoc matrimonio ſemper requiritur (912). Hinc ſi v. g. maritus bonis cedit, gaudet vxor dotis priuilegio, licet ex poſt facto appareat, matrimonium fuiſſe putatiuum.

Obſ. 514. ad §. IV.

Promiſerit) Sibi enim imputare debet pater, quod cum clarius loqui potuiſſet, id non fecerit. Neque auditur, licet contrarium probare velit. Adeſt enim præſumtio iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium (913).

Obſ. 515. ad §. V.

Inuito) Quo caſu iure Ciuili matrimonium nullum eſt (914). Sed Doctores ſub-

(912) HERTIVS *Diſſ. de matrimonio putatiuo.*

(913) *Diſſert. Noſtra de dote filiæ locupletis Cap. 1. §. 12. ſeq. Edit. Nou. d. a. 1756.*

(914) *§. 12. Inſt. de Nuptiis.*

subsistere dicunt nuptias inuito patre post annum 25. initas, cum filia non sua, sed parentum culpa id commisisse dicatur (915), dummodo nupserit digno. Cum autem Canonum Decretis verum sit ac legitimum matrimonium inuitis parentibus contractum; inde concludunt, patrem indistincte hoc casu dotare teneri filiam (916). Sed in Holsatia non tenetur pater dotare filiam clam se desponsantem (917). Et cum in Saxonia Electorali permissum sit, exheredare liberos clandestina sponsalia ineuntes: consequitur, vt iis etiam dos denegari possit.

Obs. 516. ad §. VI.

Non tenetur) Quod tamen iis in locis fallit, vbi bonorum communio inter coniuges viget. Facit enim communis patrimonii natura, vt mater non in subsidium, sed æque principaliter vt pater ad dotandam filiam obligetur (918).

(915) NOV. *115. Cap. 3. §. 11.*

(916) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 3.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 294. Med. 1. 2.*

(917) ORD. PROVINC. *Part. IV. Tit. 22. §. 23.*

(918) STRYCK *l. c. §. 6.*

Obſ. 517. ad §. VIII.

Prohibuerit) Immo in cit. l. 8. expreſſe dicitur, quod maritus nullam habeat vxore prohibente paraphernalium communionem. Igitur fructus ſibi arrogare nequit, niſi ex voluntate vxoris (919). Et licet vxore non prohibente maritus legitimus adminiſtrator ſit (920); tamen rationes reddere (921), & quæ percepit, reſtituere debet (922). Sed aliud obtinet iure Saxonico (923).

Obſ. 518. ad §. X.

Reuerti) Et quidem recte (924). Vnde non in remunerationem, ſed ſecuritatem dotis vxori a marito eiusmodi donatio propter nuptias conſtituitur, vt vxor magis cauta ſit, de dote recuperanda, ſi for-

---

(919) *l. fin. C. de pact. conuent.*

(920) *l. 9. §. 3. D. h. t. l. 31. §. 1. D. de Donationib.*

(921) *l. 95. pr. D. ad Leg. falcidi.*

(922) *l. fin. C. de pact. conuent.* STRYCK *l. c. §. 7.*

(923) CARPZOV. *Part. 3. Conſt. 25. Def. 6.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 302.* LINCK *Diſſ. de Paraphernis.*

(924) Propter *l. 18. C. de donat. ante nupt.* NOV. *2. Cap. 5.*

forte maritus illam consumserit (925). Competit vero vxori in hac donatione non hypotheca, sed potius dominium. Nam 1) a dote eam non differre dicit Imperator (926), vnde etiam antipherna, id est dos contraria vocatur. 2) Vxor habet rei vindicationem, modo certa species in antiphernam constituta fuerit (927).

Obs. 519. ad §. XII.

Dotalitium) Hoc quandoque idem denotat, quod donatio propter nuptias, & non raro cum hac a Doctoribus confun-

(925) RITTERSHVSIVS *ad Nouellas Part. 5. Cap. 2. n. 8.*

(926) *l. fin. C. de donat. ante nupt.*

(927) NOV. *61. cap. 1. §. 1.* AVTH. *Permissa C. de donat. ante nupt.* HVBERVS *Prælect. ad Inst. Tit. de donationib. §. 8.* STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t. §. 12. seq.* BODINVS *Diss. de donatione propter nuptias ab erroribus doctorum vindicata.* HOFFMANN *Differentiæ iuris Romani & Germanici de donationibus propter nuptias.* HEINECCIVS *Diss. de vxore Romana per propter nuptias donationem de alimentis secura tantum.* DE LVDEWIG *Diss. de differentiis Juris Romani & Germanici in dote & donatione propter nuptias.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0307
DFG

ditur. Rectius distinguuntur das Gegen-Vermächtniß und das Leibgedinge (928). Quod quantitatem dotalitii attinet, ea ex moribus, vel peculiaribus statutis, plerumque autem ex voluntate paciscentium pendet. In Saxonia obtinuit, vt præstentur quadruplicati reditus dotis (929). Caute tamen agunt ducentes vxores diuites, vt exiguam dotem sibi constitui, reliqua autem bona tanquam paraphernalia sibi inferri curent, ne effectum sortiatur prouerbium: Reiche Weiber, arme Kinder, vel reiches Ehe-Geld, arme Kinder (930).

Obs. 520. ad §. XIV.

Incumbit) Quod de eo casu accipiendum est, si dotalitium viduæ non in certa quantitate præstatur, sed prædia quædam, vt ex iis fructus capiat, ei fuerunt assignata (931). Ceterum viduam ad dies vitæ dota-

(928) DE BERGER *selecta iuris dotalitii capita.* PESTEL *Diss. de dotalitio ob abusum non tollendo.*

(929) MENCKE *Diss. de quantitate dotalitii præcipue tamen Saxonica.* CRAMER *Progr. de æquitate quantitatis dotalitii viduarum illustrium & nobilium.*

(930) HERTIVS *Lib. 2. Paræmia 23.* HORNIVS *Jurisprud. feudal. Cap. 21. §. 7. seq.*

(931) Conf. DEINLIN *Diss. de vidua vasalli*

dotalitium retinere, si vel maxime ad secunda vota transierit, extra omnem dubitationis aleam positum est (932).

Obs. 521. ad §. XV.

Virginitatis) Quia hoc donum nouæ nuptæ mane dari consueuit, morgengabæ nomen accepit. Antiquissima quidem opinio est, hoc donum matutinale in præmium delibatæ virginitatis dari, sed a vero plane aliena. Nam cum secundum instituta Germanorum thalami conscensio, daß das Bette beſchritten und die Decke beſchlagen werde, primum plene effecerit societatem coniugalem, maritus offerre consueuit hoc donum nouellæ vxori in signum arctissimi consortii & communionis indiuiduæ (933). Vnde mirum non est, vi-

T 5 duæ

---

falli ab vsufructuaria cautione intuitu dotalitii immuni.

(932) Vid. ILLVST. ESTOR *Diss. An dotalitium cesset propter secundas nuptias?*

(933) JVS PROV. SAXON. *Lib. I. Art. 20.* JVS PROV. SVEVIC. *Part. I. Cap. 296.* DE LVDEWIG *Diss. de Dote mariti Diff. I. §. 12.* GVNDLING *Diss. de coemtione vxorum dote & morgengaba Cap. IV. §. 19.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0309
DFG

duæ morgengabam a secundo marito promissam constitutamque fuisse (934).

Obs. 522. ad §. XV.

Referuntur) Ad hanc morgengabam Saxonicam igitur spectant omnia pecora sexus feminei, quæ ad pastum adseruantur, alles feldgängige weibliche Vieh, Kühe, Kälber, Ziegen, was vor den Hirten gehet, Feldgängige Schweine und Säu-Mütter, uneingespante Stuten. Excluduntur tamen ea pecora, quæ non ad vsum domesticum, sed ad commercia in prædio habentur (935).

Liber. XXIII. Titulus IV.

De

Pactis dotalibus.

Obs. 523. ad §. I.

Modo) Sed cum pacta constantem & efficacem obligationem producant, nisi

(934) GVNDLING *l. c. §. 26.* DE LVDEWIG *Comment. ad Aur. Bull. Tit. 35. p. 549.*

(935) JVS PROV. SAXON. *Lib. 1. Art. 24.* CARPZOV. *Part. 3. Const. 33. Def. 20.* STRVVIVS *Jurispr. feudal. Cap. XX. §. 5.*

nisi quis facultatem pœnitendi sibi reseruauerit: consequitur, vt pacta mixta indoli & naturæ pactorum repugnent (936).

Obs. 524. ad §. II.

Scriptura) Valent enim omnia pacta ex solo consensu. Exceptio est si statuta scripturam expresse requirant, quo iure Hamburgi & in Borussia vtuntur (937).

Obs. 525. ad §. IV.

Indotata) Dos enim datur ad subleuanda onera matrimonii. Igitur si tale pactum valeret, dos esset sterilis & nihil proficeret ad onera matrimonii (938).

Obs. 526. ad §. V.

Opus est) Sed in Ducatu Magdeburgico, Guelferbytano & Principatu Anhaltino inualida sunt pacta dotalia rusticorum extraiudicialia (939). Quod etiam in Ducatu Wurtebergico obinet (940).

Liber.

---

(936) LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 308. Med. 1. seq.*

(937) ERNEST. FRID. KNORRE *Diss. de probatione nobilitatis per instrumenta* §. 27. *not. 116.*

(938) HVBERVS *h. t.* §. *1.*

(939) ORD. POLIT. MAGDEB. *Cap. 38.* §. *3.* LEYSERVS *l. c. spec. 310.*

(940) LAVTERBACH *ad J. P. Disp. 2. Thes. 19.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0311
DFG

Liber. XXIII. Titulus V.
De
Fundo Dotali.

Obſ. 527. ad §. III.

Conſentiat) Jure Saxonico valet immobilium dotalium alienatio & oppignoratio, ſi mulier eiusque curator in eam conſentiant, & decretum magiſtratus cum cauſſæ cognitione interueniat (941). In Electorali tamen Saxonia neque cauſſæ cognitio, neque decretum magiſtratus requiritur (942). Extra Saxoniam valere dicunt alienationem, in quam vxor cum iureiurando conſenſit. Sed non adeo recte, cum lex prohibitiua adſit, cui renunciari nequit (943). Vbi vero viget bonorum communio, discrimen inter bona dotalia & paraphernalia exulat, & ex natura communionis fluit, quod maritus plus ſua parte alienare nequeat, & quidem pro indiuiſo (944). Igitur ſi totam ali-

(941) STRVVIVS *Exerc. 30. §. 22.*
(942) CARPZOV. *Lib. 5. Tit. 5. Reſp. 42. n. 15. ſeq.*
(943) LVDOVICI *Diſſ. de abuſu brocardici: omne iuramentum §. 26.*
(944) *l. 68. D. Pro ſocio.*

aliquam rem alienare velit, vxoris consensu opus est. (945).

Liber. XXIV. Titulus I.

De

Donationibus inter virum & vxorem.

Obs. 528. ad §. I.

Prohibitæ) Olim in manum id est potestatem mariti conueniebat vxor. Igitur cum esset loco filiæfamilias inter eam & maritum non magis subsistebat donatio, quam inter patrem & filiamfamilias (946). Licet autem postea obsoleuisset in manum conuentio: tamen prohibitæ manebant donationes inter coniuges, ne scilicet ansa daretur diuortiis (947). Interea cum absoluta prohibitio cum noua matrimonio-

(945) STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t. §. 2. seq.*
(946) *l. 25. C. h. t. l. 1. §. 1. D. Pro Donato.*
(947) *l. 2. D. h. t.* BOEHMERVS *Diss. de statu donationis inter coniuges antiquo & hodierno, quæ inserta Juri Ecclesiastico Lib. IV. Tit. 20. §. 51. seq.*

moniorum forma subsistere non posset, interpretatione forensi & oratione Antonini quædam laxata fuerunt ex antiqui iuris rigore (948).

Obs. 529. ad §. III.

Res aliena) Illæ enim tantum donationes prohibentur, quæ donantem pauperiorem faciunt in rebus suis. Igitur si maritus bona fide rem alienam vxori donat, inde in rebus suis pauperior non fit. Non enim videntur rem amittere, quibus propria non fuit (949).

Obs. 530. ad §. V.

Conciliari) Est omnino ratio differentiæ inter donationem & legatum. In illa enim locum habet fictio breuis manus, qua maritus rem acceptasse & ita vt suam vxori dedisse videtur (950). Sed in legato nulla acceptatio interuenit, & sic quoque interuenisse fingi nequit (951).

Obs.

---

(948) *l. 32. pr. D. h. t.* BOEHMERVS *l. c. §. 71. seq.*

(949) *l. 83. D. de reg. iur.* CVJACIVS *Obseruat. Lib. 18. Cap. 15.*

(950) per *l. 3. §. 13. D. h. t.*

(951) WISSENBACH *h. t. §. 10.* HVBERVS *eod. §. 3.*

Obſ. 531. ad §. VI.

Saxonico) Immo etiam Auſtriaco, Tirolenſi, Boiico, Marchico, Franconico, Norico, Francofurtenſi aliorumque locorum ſtatutis valent donationes inter coniuges maxime deficientibus liberis (952).

Obſ. 532. ad §. VI.

Prohibitionem) Sed falſum eſt, abſolutam hic adeſſe legum prohibitionem. Tantum enim nulla eſt hæc donatio, vt poſſit a donante, ſi velit reuocari, eius autem voluntate ſubſiſtit (953).

Liber. XXIV. Titulus II.

De

Diuortiis & Repudiis.

Obſ. 533. ad §. IV.

Reputatur) Non enim ad malitioſam deſertionem requiritur, vt alter coniux

(952) STRYCK *Vſ. Mod. h. t. §. 3. ſeq.* DE LVDEWIG *Diſſ. de differentiis iuris Romani & Germanici in SCto Velleiano p. 61. ſeq.* BOEHMERVS *l. c. §. 85. 86.* Add. REHM *Diſſ. de donationibus inter virum & vxorem.* BOSSECK *Diſſ. de donationibus coniugum honoris cauſſa.*

(953) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 8.*

iux aufugiat, quæ visibilis dicitur, sed sufficit, si præsens cohabitare nolit, quam inuisibilem dicunt (954).

Obs. 534. ad §. VI.

Comprehendere) Proinde ex mente Christi omnes illæ iustæ diuortii causſæ sunt, per quas violantur capita essentialia matrimonii eiusque finis principalis turbatur (955). Nam verba Saluatoris pro materia substrata intelligi debent, cum de lite, quæ erat inter Schamæanos & Hillelianos circa

(954) B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controuers. h. t. Qu.* 7. BECK von Leistung der Ehelichen Pflicht. SCHROETER *Diss de eo quod iustum est in puncto malitiosæ desertionis.*

(955) BODINVS *Diss. de diuortio coniugum propter delictum.* STRYCK *Diss. de diuortio ob insidias vitæ structas.* HOLDERRIEDERI *Problema iuris: An Judaica infidelitas post conuersionem alterutrius coniugum ad fidem Christianam in republica Christianorum sit iusta causſa diuortii.* ARYSSEL *Progr. de nullis aliis diuortii causſis, præter illas in sacris litteris indicatas in republica Christiana admittendis.* WERNHER *Diss. de diuortio ex nulla alia causſa, quam adulterio concedendo.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0316
DFG

circa interpretationem legis Mosaicæ, fuerit interrogatus. Nulla autem erat secta, quæ ob solum adulterium matrimonium esse dissoluendum statuebat. Igitur Christus Schamæanorum sententiam adprobauit, qui plures admittebant graues diuortii causas (956). Recte igitur in terris Brunsuicensibus relegatio perpetua inter iustas diuortii causas refertur (957).

Obs. 535. ad §. VIII.

Compulsus) Cum enim matrimonium liberum consensum requirat; facile est ad intelligendum, matrimonium coactum ex capite nullitatis iterum dissolui posse, si vel maxime benedictio sacerdotalis accesserit (958).

(956) THOMASIVS *ad* LANCELLOTTVM *Inst. iur. Canon. Lib. 2. n. 504.* BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. IV. Tit. 19. §. 25. seq.* IDEM *Diss. de Jure principum Euangelicorum circa diuortia.* KAYSER *Diss. de diuortio totali, seu, quoad vinculum lege Euangelii licito.* TRIER *Diss. ad Legem Euangelicam de diuortiis.*

(957) LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 315. Med. 9.*

(958) BOEHMERVS *Diss. de matrimonio coacto Cap. 1. §. 8. seq.* TRAVTMANN *Acta curiosa in puncto nullitatis matrimonii Tullii & Tulliæ.*

Obſ. 536. ad §. IX.

Tenetur) Licet vero maritus fuerit pars nocens, tamen ſeparata ad dotem repetendam agere nequit, niſi periculum diſſipationis immineat. Non enim ſoluitur matrimonii vinculum, quo ſoluto primum ius repetendi dotem vxori competit (959).

Liber. XXIV. Titulus III.

Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

Obſ. 537. ad §. III.

Reſtituuntur) Veluti ſi fructus illius anni ſint duodecim aureorum & matrimonium, quod Calendis Januarii contractum, ineunte Majo ſolutum fuerit, tertiam partem id eſt quatuor aureos iure ſuo retineb t maritus eiusue heres, reliquas duas partes id eſt octo aureos conſequitur vxor eiusue heres (960).

Liber.

(959) STRYCK *Vſ. Mod. Pand. h. t. §. 67.*
(960) DVARENVS *h. t. Cap. 5.*

Liber. XXV. Titulus I.

De

Impensis in res dotales factis.

Obs. 538. ad §. III.

Possit) Habet enim maritus si volente vel sciente vxore factæ fuerint impensæ, mandati, sin ignorante, negotiorum gestorum actionem (961).

Obs. 539. ad §. III.

Dotali) Si tamen ea, quæ posuit retinere vult, reddere debet quæ impensa sunt marito eiusue heredi. Si autem non vult, pati debet tollentem, modo separationem recipiant. Tunc enim primum permittendum est marito, aufferre ornatum, quem posuit, si profuturum est ei quod abstulit. (962).

(961) *l. vn. C. de rei vxoriæ actione.*

(962) *l. 9. D. h. t.*

Liber. XXV. Titulus III.

De

Agnoscendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis.

Obs. 540. ad §. II.

Matrem) Immo matri adhuc ante auum paternum incumbere onus alendi liberos, inde probatur: quia 1) mater hunc gradu præcedit, 2) Germanorum moribus liberi in eius potestate sunt, & 3) auo præfertur in successione, si scilicet liberi forte interea aliquid adquirant (963).

Obs. 541. ad §. II.

Debentur) Immo etiam iure Ciuili. Licet enim iure actionis alimenta petere non potuerint: tamen officio iudicis ad ea præstanda cogi poterant parentes (964).

Liber-

---

(963) *Dissertatio nostra de alimentis a matre liberis præstandis Cap. 1. §. 12. 13. Cap. 2. §. 9. seq. Edit. Nou. d. a. 1756.*

(964) *cit. Diss. Cap. 1. §. 14.* TENZEL *Diss. de alimentis partui adulterino & incestuoso præstandis.*

Liber. XXV. Titulus IV.

De

Ventre Inſpiciendo cuſtodiendoque partu.

Obſ. 542. ad §. I.

Hodie) Quod tunc inprimis hodie vſum habet, ſi vidua defuncti vaſalli ſe prægnantem dicat, & partus nomine poſſeſſionem feudi petat (965).

Liber. XXV. Titulus VII.

De

Concubinis.

Obſ. 543. ad §. II.

Viuit) Quod etiam affirmat ICtus Paulus (966). Licet enim ex quibusdam inſcriptionibus antiquis (967) diſcamus, maritos feciſſe ſepulcra vxori & concubi-

(965) STRVVIVS *Exerc. 30. §. 81.* HERTIVS *de inſpectione oculari §. 12.* Vid. HERTLING *de ventre eiusque iure vulgo* Hänßgen im Keller.

(966) *Lib. 2. Sententiar. Tit. 20. §. 1.*

(967) Apud GRVTERVM *p. 631. & 938.*

cubinæ; tamen facile intelligitur, eos has habuisse diuersis temporibus (968).

Liber. XXVI. Titulus I.

De

Tutelis.

Obs. 544. ad §. V.

F*undata)* Licet Doctores disputent, vtrum in lege adducta Judæi proprie dicti intelligantur, an vero Christiani, qui primis sæculis Judæorum nomine veniebant (969): tamen hoc ad præsentem controuersiam adplicari nequit, cum gentilium intuitu Judæi & Christiani pari passu ambularent iisque Christiani adhuc in maiori odio essent, quam ipsi Judæi (970). Interim cum Judæi moribus & legibus Germanorum 1) fuerint seruilis conditionis, eiusque 2) potestas in personas

(968) WINCKLER *Diss. de genuino concubinatus Romanorum conceptu*, THOMASIVS *Diss. de concubinatu.*

(969) Quod pluribus demonstratum dedit SELDENVS *de Synedriis & Præfecturis Ebræorum Lib. 1. Cap. 8.*

(970) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 20.*

sonas & res Christianorum fuerit ademta, nec 3) auctores Christianis esse potuerint in contractibus quibuscunque: consequens est, vt neque potestatem in caput liberum gerere, neque bona eius administrare, neque auctoritatem conferre possint (971).

Liber. XXVI. Titulus II.
De
Testamentaria tutela.

Obs. 545. ad §. II.

Nepotes) Verior est Juliani (972) & Calistrati sententia (973), filiorum appellatione etiam nepotes comprehendi, cum ad præsumtam testatoris voluntatem & communem loquendi vsum respiciendum sit. Sicuti vero apud Germanos testamenta in vsu non fuerunt, ita etiam testamentariam tutelam ignorarunt, quippequæ primum cum testamentis seculo XI. in Germania admitti cœpit (974).

(971) SCHILTER *Exerc.* 37. §. 15. *seq.* SCHAZ *Diss. de Judæo tutore non Judæi.*
(972) in *l.* 201. *D. de verb. signif.*
(973) in *l.* 220. *D. eod.*
(974) HERTIVS *Diss. de specialib. German. rebus public.* §. 17.

Liber. XXVI. Titulus IV.
De
Legitimis Tutoribus.

Obſ. 546. ad §. II.

Sapiat) Si proximior ab initio eſt inhabilis, veluti ſi femina ſit proxima agnata, ſequens admittitur (975). Immo ſi mortuus vel capite minutus ſit proximior, qui poſt eum eſt ſuccedit in tutelæ adminiſtratione (976). Contra ſi apud hoſtes ſit, quia habet ius poſtlimini, tutor interim a magiſtratu datur (977). Igitur cit. lex 3. §. 9. accipienda eſt de tutore deportato, quia hic poſtliminium non habet. Quodſi tutor legitimus a magiſtratu remouetur, hic etiam pupillo alium tutorem conſtituit. Idcirco enim abierunt a tutela, vt alii in locum eorum dentur, non vt ſucceſſio admittatur (978).

Obſ. 547. ad §. III.

Placet) Cum enim Juſtinianus ſanxerit, vnumquemque ſecundum gradum & ordinem,

---

(975) *l. 1. §. 1. D. h. t.*
(976) *l. 3. §. 9. D. eod.*
(977) *l. 1. §. 2. D. eod.*
(978) *l. 3. §. 8. D. eod.*

dinem, quo ad hereditatem vocatur, admittendum esse ad functionem tutelæ; consequens est, vt mater, vtpote quæ in successione auo præfertur, etiam in tutela ei præferenda sit (979). In Ducatu tamen Magdeburgico auus tam paternus, quam maternus matri præferuntur (980). In nonnullis etiam locis veluti in Borussia, Ducatu Magdeburgico, Hamburgi, Norimbergæ matri liberorum tutelam gerenti alii tutores adiungi solent (981). Si vero auus cum auia concurrit, vel sunt eiusdem, vel diuersæ lineæ. Priori casu auus præferendus, quippequi hoc casu auiæ maritus est, & cum hæc eius potestati subiecta sit, marito in tutela præferri nequit, maxime cum iura de auia loquentia præsupponant, eam viduam esse, dum lex de renunciandis secundis nuptiis ei imposita fuerit. Posteriori casu verius,

(979) BRVNNEMANN *ad l. 1. D. h. t. n. 6.* ECKOLT *Diss. de tutela materna.* HENNE *Diss. de tutela legitima irregulari matri & auiæ competente.* KRAVSE *Diss. de eo, quod iustum est circa tutelam maternam.*

(980) ORD. POLIT. MAGDEB. *Cap. 43. §. 4.*

(981) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 10.*

auiam vna cum auo admitti debere (982). Ceterum nec mater, nec auia a tutela feudali excluduntur. (983). Sed in Saxonia de hac tutela valde dubitatum fuit. Vnde quidam putarunt, adiungendum esse simultanee inuestitum (984). Ast secundum obseruantiam Curiæ Feudalis Dresdensis matrem tutelam feudalem gerere non posse, certum est (985).

Liber.

---

(982) IDEM *l. c.* §. *31. 32.* IDEM *Diss. de iure auorum Cap. 2. n. 158. seq.*

(983) HORNIVS *Diss. de prærogatiua matris & auiæ in suscipienda tutela præ ascendentibus & collateralibus* §. *21.* STRYCK *Diss. de tutela materna principum Imperii.* DE LVDEWIG *Diss. de tutela materna Diff. 1. lit. bb.*

(984) HORNIVS *Jurisprud. Feudal. Cap. 6. §. 16.*

(985) Quod intelligitur ex *Attestato in Respons. Mansfeld. tutel. §. 10. p. 13. 14.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0326
DFG

Liber. XXVI. Titulus V.

De Tutoribus & curatoribus datis ab his qui ius dandi habent: & qui & in quibus cauſſis ſpecialiter dari poſſunt.

Obſ. 548. ad §. III.

Vocant) Volens etiam extraneus conſtitui poteſt, modo intuitu tutelæ foro ordinario renunciet. Si vero tutelam recuſet, magiſtratus ordinarius requirendus eſt, vt eum ad tutelæ munus compellat (986).

Liber. XXVI. Titulus VI.

Qui petant tutores vel curatores, & vbi petantur.

Obſ. 549. ad §. I.

Annum) Niſi iuſta cauſſa excuſetur, veluti ſi infirmitate impedita fuerit, ſi pro-

(986) STRYCK. *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 11.*

procuratorem miserit ad petendum tutorem & hic a latronibus occisus fuerit (957). Non tamen vbique hic terminus obseruatur. Nam iure Hamburgensi & Lubecensi intra tres menses, in Ducatu Magdeburgico intra semestre spatium petendus est tutor. Interea iure Lubecensi non pœna priuationis, sed arbitraria sancita est (988).

Liber. XXVI. Titulus VII.

De Administratione & periculo tutorum & curatorum, qui gesserint vel non & de agentibus vel conueniendis vno vel pluribus.

Obs. 550. ad §. II.

Denunciant) Et sic de adhibita diligentia protestentur atque pecuniam obsignandam offerant (989). Obs.

(987) *l. 8. C. h. t.*

(988) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h.t. §. 6.* ENGAV *Diss. de pœnis in tutore petendo negligentium.*

(989) BRVNNEMANN *Cent. 1. Decis. 81.*

Obs. 551. ad §. IV.

Inuentarii) A cuius confectione nequidem mater tutrix immunis est (990). Non tamen sufficit, si tutor ad iuratam specificationem se offerat, nisi eam statuta loco inuentarii admittant. Quo iure vtuntur in Ducatu Magdeburgico (991). Jus commune enim præcise inuentarium legitime conditum exigit (992).

Obs. 552. ad §. VII.

Exigitur) Sufficit enim si manu stipulata ea, quæ iuramento inferi solent, promittant. Quod ita seruatur in Saxonia, Ducatu Magdeburgico, Marchia, Ducatu Wurtenbergico, Norimbergæ & alibi (993). Sed statutis quorundam locorum veluti Hamburgensibus, Brunsuicensibus, Mulhusanis aliisque tale iuramentum a tutoribus actu præstandum est (994).

Liber.

---

(990) STRVVIVS *Exerc. 31. §. 36.*
(991) ORD. POLIT. MAGDEB. *Cap. 43. §. 13.*
(992) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 16.*
(993) LAVTERBACH *Colleg. Pandect. h. t. §. 13.*
(994) STRYCK *l. c. §. 2. seq.*

Liber. XXVI. Titulus VIII.

De

Auctoritate & consensu tutorum & curatorum.

Obs. 553. ad §. II.

Præsente) Auctoritas tutoris enim erat actus legitimus indeque præsentiam eius requirebat (995), & post tempus vel per epistolam aut nuntium interposita auctoritas non valebat (996). Sola autem tutoris præsentia & taciturnitas auctoritatem non facit. Quid enim si inuitus detineatur in loco, in quo pupillus contractum celebrat? Aut somno morboue comitiali occupatus taceat (997)? Aut ignorauerit negotium, quod contrahebatur, cum non multum interfit, an abfuerit tutor, an præsens ignorauerit, quæ geruntur (998)?

Liber.

---

(995) *l.* 77. *D. de reg. iur.*
(996) *§. 2. inst. h. t.*
(997) *l. 1. §. fin. D. h. t.*
(998) *l. 14. D. eod.* VOETIVS *Comment. ad Pandect. h. t. §. 1.*

Liber. XXVI. Titulus X.

De

Suspectis tutoribus & curatoribus.

Obs. 554. ad §. I.

Suspectus) Ex legibus XII. Tabularum proponitur actio in duplum aduersus tutorem, qui rationes pupillares dolo malo auertit & conturbauit (999). Igitur ICti eum tutorem, qui non ex fide gerit tutelam, vocarunt suspectum & accusationem crimen suspecti.

Obs. 555. ad §. V.

Interdicitur) Dato interim curatore (1000). Non enim postulatione, sed remotione tutor esse desinit. Immo non adimitur ei administratio, nisi protinus graues contra eum præsumtiones militent.

Liber.

---

(999) *l. 55. §. 1. D. de Administr. & pericul. tutor.*

(1000) *l. 7. C. h. t.*

Liber. XXVII. Titulus I.
De
Excusationibus.

Obs. 556. ad §. III.

Prohibitio) ICtis enim illi etiam se excusare dicuntur, qui non admittuntur, vt scilicet leniori phrasi rei asperitatem mitigarent (1001).

Obs. 557. ad §. V.

Capitales) Moris fuit apud Romanos, vt si quæ graues inter eos inciderent simultates, amicitiæ solemni ritu renunciarent, & inimicitias coram testibus profiterentur. Quas inimicitias sic denuntiatas capitales dictas fuisse putant, eo quod sanguinem & vindictam spirarent ex professo (1002).

Obs. 558. ad §. VI.

Excusabant) Non vero hic ad locum originis, sed habitationis attendebatur. Sic ciuem Romanum in prouincia habitan-

(1001) *l. 1. §. 3. D. de Postulando.* BYNKERSHOECK *Obseruat. Lib. 4. Cap. 11.*

(1002) RAEVARDVS *Varior. Lib. V. Cap. 15.* TENZEL *Diss. de effectu inimicitiarum capitalium in iure.*

tantem non nisi quinque liberi excusabant. Vnde sublato licet discrimine inter ciues & peregrinos (1003); hoc tamen discrimen remansit (1004).

Obs. 559. ad §. VI.

Puto) Priuilegium hoc πολυπαιδίας descendit ex Lege Papia Poppæa A. V. C. 762. Augusto auctore sobolis procreandæ caussa lata (1005). Sed cum Germanos ad fœcunditatem præmiis inuitare opus non sit; caussa priuilegii apud eos exulat. Igitur hæc caussa videtur potius relicta iudicis arbitrio, qui ad educationis difficultatem & curarum œconomicarum copiam respicere debet (1006). Nisi statuta certum numerum definiant, veluti in Marchia Brandenburgica, vbi numerus quinarius excusat (1007).

(1003) *l. 17. D. de stat. Homin.*

(1004) HEINECCIVS *Commentario ad Legem Papiam Poppæam Lib. 2. Cap. 8. §. 2. 3.*

(1005) *l. 64. §. 1. D. de condition. & demonstrat.* HEINECCIVS *l. c. Lib. 2. Cap. 9.*

(1006) BEIER *h. t. §. 1.*

(1007) Vormundschafts-Ordnung *d. a. 1718. §. 61.* apud PERILLVSTREM MYLIVM *in Corpore Constitutionum Marchicarum Part. II. sect. 1. p. 76.*

Obſ. 560. ad §. VIII.

Annis) Licet itaque de iure Romano ætas ſeptuagenaria ciuem a ſuscipienda tutela excuſabat: hodie tamen in plerisque locis Germaniæ ſenectus ſexagenaria excuſat.

Obſ. 561. ad §. IX.

Cura) Sed cum hoc ætatis discrimen Germanis fuerit incognitum (1008): etiam ius vetus in multis prouinciis viget, ita vt tutela demum maiorennitate finiatur (1009).

Obſ. 562. ad §. XI.

Pactitia) Verum non opus eſt, vt inde nouam fingamus tutelæ pactitiæ ſpeciem. Nam eiusmodi tutor, qui patri promiſit, ſe fore tutorem, & poſtea a patre in teſtamento liberis tutor datus fuit, reuera eſt teſtamentarius, licet promiſſio patri occaſionem dederit, eum conſtituendi, faciatque vt legitimis excuſationis cauſ-

ſis

(1008) JVS PROV. SAX. *Lib. I. Art. 42.*

(1009) BEIER *Diſſ. de hodierna tutorum & curatorum differentia.* DE GAERTNER *Diſſ. de iure Germanico inter impuberes & minores, tutores & curatores non diſtinguente.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0334
DFG

sis vti non possit (1010). Apud Germanos vero tutela pactitia semper in vsu fuit. Cum enim nescirent testamenta, non aliud superfuit illis remedium, suis de tutore prospiciendi (1011).

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. XXVII. Titulus III.

De

Tutelæ & rationibus & vtili curationis caussa actione.

Obs. 563. ad §. I.

Obligatio) Eo ipso enim dum tutor pupilli rerumque pupillarium curam X 2 susci-

(1010) *Programma nostrum de tutela pactitia Romanis incognita.* Conf. REINHARDT *de tutela pactitia Romanis non incognita.* KEMMERICH *de tutela pactitia.*

(1011) Id quod variis exemplis illustrarunt STRYCK *Vs. Mod. Pandect. Tit. de Tutelis §. 14.* DE LVDEWIG *Diss. de Differentiis Juris Romani & Germanici in tutela Diss. 4.* LEYSERVS *Diss. de tutela pactitia.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0335
DFG

ſuscipit, ei ad rationes reddendas exactamque diligentiam adhibendam, hic vero ad præſtandam indemnitatem ſe obligaſſe cenſetur.

Obſ. 564. ad §. VI.

Geſſit) Licet enim in theoria verior ſit ſententia, etiam in foro domicilii, cum illud ſit generale & concurrat cum omnibus aliis foris ſpecialibus, tutorem ad reddendas rationes conueniri poſſe: tamen vſu fori receptum eſt, ſaltem in foro geſtæ adminiſtrationis tutorem conueniri poſſe (1012). Quæ ſententia etiam in Saxonia Electorali, adprobata fuit (1013).

Liber. XXVII. Titulus IV.

De

Contraria tutelæ & vtili actione.

Obſ. 565. ad §. I.

Conſtituerit) Quod hodie eo facilius fieri poteſt, cum etiam alia munera publica

(1012) *Per l. 1. C. Vbi de ratiocin.*

(1013) DECIS. ELECTORAL. SAXON. *36.* STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 10.*

blica salaria admittant. Immo negotia alias sua natura gratuita honorarium non respuunt (1014).

Liber. XXVII. Titulus VII.

De

Fideiussoribus & nominatoribus & heredibus tutorum & curatorum.

Obs. 566. ad §. II.

Obligatio) Eligebantur a Magistratu, qui satisdationem tutorum æstimarent (1015). Nominatores dicuntur, qui nominant suo periculo tutores (1016).

(1014) MENCKE *Diss. de salario tutorum & curatorum.* MOLLENBECK *Diss. de salario tutorum.* HERING *Diss. de munere tutelari haud gratuito ex statutis Hamburgensibus.*

(1015) *l. 1. §. 8. 9. D. de Magistrat. conueniend.*

(1016) *l. 28. D. de tutorib. & curator. dat.* STRYCK *Diss. de obligatione affirmantis §. 7. seq.*

Liber. XXVII. Titulus IX.

De

Rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt, sine Decreto non alienandis, vel supponendis.

Obs. 567. ad §. II.

Subsequitur) Et praeterea etiam subhastationem publicam necessariam esse volunt. Quae tamen nullibi in iure requiritur. Solennitates vero negotiorum non fingendae, sed legibus probandae sunt. Igitur tuto omittitur eiusmodi subhastatio, nisi eam lex vel consuetudo requirat (1017).

Obs. 568. ad §. III.

Maiorennitate) Modo maior factus scientiam non rite factae alienationis habuerit.

(1017) DE WERNHER *Obs. forens. Part. I. obs. 210.* PHILIPPI *de Subhastationibus Cap. 2. Commat. 2. n. 36. seq.* SVEVVS *Diss. Vtrum in alienatione bonorum pupilli vel minoris necessaria sit subhastatio? §. 9. seq.*

buerit. Alias enim quinquennium a die scientiæ currere incipit (1018).

Obs. 569. ad §. IV.

Confirmauit) Sed procul dubio verior est contraria sententia. Non enim AVTHENTICA, *sacramenta puberum*, ad negotia ipso iure nulla & inualida pertinet, quia tantum beneficium restitutionis in integrum denegat propter iuramentum minoribus, adeoque negotium ipso iure inualidum non supponit (1019).

Liber. XXVII. Titulus. X.

De

Curatoribus furioso & aliis extra minores dandis.

Obs. 570. ad §. III.

Admittitur) Moribus Germanorum maritus est curator legitimus vxoris suæ. Inde etiam dicitur ein ehelicher Vormund, & in-

(1018) BERGER *Oeconom. Jur. Lib. 1. Tit. 4. §. 11.*

(1019) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 7.* supra *Obs. 162.*

& incipit hæc cura mox post conscensionem thalami (1020). Licet vero in quibusdam Germaniæ Prouinciis in desuetudinem abierit cura mulierum perpetua: tamen si extra ordinem vxori curator dandus, veluti mente captæ, morbo sontico laboranti, admittendus erit maritus (1021). In Ciuitate Luneburgensi maritus vxoris nomine, si proles ex ea existat, wenn er einiges Kind in den Gewähren hat, libere agit etiam de bonis vxoris sine huius consensu. Sed si prole caret, non aliter eius nomine agit maritus, quam ex eiusdem mandato, vel cum cautione rati (1022).

Liber.

(1020) JVS PROV. SAX. *Lib. I. Art. 45.* Conf. DINCKLER *Diss. de cura ætatis nuptiis feminæ minorennis extincta.*

(1021) STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t. §. 3. seq.* SCHILTER *Exerc. 37. §. 222. seq.* HEINECCIVS *Diss. de marito tutore & curatore vxoris legitimo.*

(1022) PVFFENDORF *Process. Luneburg. Part. I. Cap. 15. §. 4.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0340
DFG

Liber. XXVIII. Titulus. I.

Qui testamenta facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.

Obs. 571. ad §. II.

Existimat) Semel scilicet recepta de futura successione paciscendi licentia. Cum vero pleno iure bona allodialia possideant, indeque liberam de iis disponendi facultatem habeant: consequitur, vt consensu superioris opus non sit. Frustra igitur priorem sententiam deserit STRYCKIVS (1023).

Obs. 572. ad §. II.

Successio) Inde Ganerbii dicti a voce gegen contracte gan & Erben, quod vice mutua heredes notauit (1024).

(1023) *De succes. ab intestat. Diss. 8. Cap. 7. §. 11.*

(1024) HERTIVS *Diss. de specialibus Germaniæ rebuspublicis. §. 32.* WALBSCHMIDT *Diss. de pactis Ganerbinatuum.* LINCKER *Diss. de Ganerbinatibus.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0341 DFG

Obſ. 573. ad §. V.

Pertinet) Sed cum moribus Germanorum probata ſint pacta ſucceſſoria; conſequens eſt, vt renunciationes absque iuramento valeant, illudque ſaltem iis in locis requiratur, vbi ius Ciuile expreſſe obſervatur (1025).

Obſ. 574. ad §. VII.

Dicunt) Vel potius quia nepotes hereditate materna abſtinentes non ex renunciantis ſed ex propria perſona auo ſuccedunt (1026).

Obſ. 575. ad §. VIII.

Solent) Nam talis renunciatio eſt de iure futuro & quærendo, in quo læſio allegari nequit, cum ſpes futuræ ſucceſſionis

(1025) MEVIVS *Part. 2. Dec. 270.* STRYCK *de ſucceſſ. ab inteſtat. Diſſ 8. Cap. 10. §. 23.* GERDESIVS *Diſſ. de validitate pactorum ſucceſſoriorum iuramento non confirmatorum.*

(1026) STRYCK *Caut. Contract. ſect. 1. Cap. 5. §. 10.* CRAMER *Diſſ. de pacto hereditario renunciatiuo filiæ nobilis.* REINHARDT *Diſſ. de pacto hereditario renunciatiuo heredes & ſucceſſores non obligante.*

nis dubia valde ac incerta sit emolumenti eius exspectatio (1027).

Obs. 576. ad §. IX.

Testamentum) Licet plures Doctores existiment, testamenta iuris naturalis esse (1028): verius tamen videtur, eadem iuris positiui esse. Nam qui viuus nihil transtulit, eo momento nihil transferre potest, quo velle desiit omniaque iura sua amisit (1029). Certe apud pauciores gentes in vsu

(1027) STRYCK *l. c. §. 132. seq.* STRECKER *Diss. de doctrina successionis pactitiæ eius vsu & abusu in Germania.*

(1028) BVDDEVS *Diss. de testamentis summorum Imperantium §. 3 seq.* IDEM *Theolog. Moral. Part. 2. Cap. 3. sect. 5. §. 21.* SPEIERMANN *Diss. qua testamenta iuris naturalis esse, demonstratur.* WEINLAND *Diss. de testamentorum ex iure naturæ efficacia,* BARBEYRAC *ad* PVFFENDORFIVM *de iur. nat. & gent. Lib. 4. Cap. 10. §. 4. n. 2.* Sed confutauit BARBEYRACII argumenta TREVERVS *ad* PVFFENDORFIVM *de off. hom. & ciu. Lib. 1. Cap. 12. §. 13.* cum eoque facit EVERHARDVS OTTO *eodem. p. 210. seq.*

(1029) THOMASIVS *Diss. de origine successionis testamentariæ §. 6. seq.* HENRICVS

vsu fuerunt testamenta & incognita olim Germanis (1030), quippequi sero eadem condere cœperunt, & pedetentim cum ipso iure Romano eorum vsum admiserunt, restricta tamen in multis prouinciis testandi licentia (1031).

Obs. 577. ad §. IX.

Furiosus) Tempore tamen dilucidi interualli, quod furiosus forsitan habet, iure prorsus optimo testamentum condit. Cum autem facti sit, furiosum habuisse diluci-

---

CVS A COCCEJI *Diss. de testamento principum.* GVNDLING *Diss. de principe herede ex testamento ciuium Cap. I.* BODINVS *Diss. de hodierno testamentorum abusu.* SCHNEIDERVS *Diss. de obligatione ex testamento imperfecto §. 8. seq.* GEBAVER *Progr. de origine testamentorum minime ex iure naturali repetenda.*

(1030) TACITVS *de Moribus Germanorum Cap. 20.*

(1031) HERTIVS *Diss. de specialibus Germaniæ rebuspublicis §. 11.* KOPP *de testamentis Germanorum.* HEINECCIVS *Diss. de testamenti factione iure Germanico arctis limitibus passim circumscripta §. 9. seq.* Qui etiam §. 13. testatur, in Dania & aliis prouinciis a principe impetrandam esse testandi licentiam.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0344
DFG

dilucidum interuallum, eoque tempore testamentum feciſſe; hoc ſane præſumi nequit, ſed ab eo probandum eſt, qui validum eſſe teſtamentum adſerit (1032). Requiritur autem, vt furioſus tempore dilucidi interualli teſtamentum perfecerit. Nam ſi cœpto teſtamento furor eum inuaſerit, nihil actum eſt, licet remiſſo denuo furore, illud perfecerit (1033).

Obſ. 578. ad §. X.

Possent) Banno Imperiali affecti iure teſtari nequeunt, cum omnem iuris communis vſum amittant (1034). Qui vero e prouincia quadam banniti, eorum teſtamenta in hac tantum prouincia, quippe in qua omni iuris commercio priuati, effectum habere nequeunt (1035).

Obſ. 579. ad §. X.

Poterit) Cum ad mortem damnati iure Romano veteri maximam capitis deminutionem paterentur omniaque eorum bona publicarentur, teſtamenti factionem non

(1032) THOMASIVS *Diſſ. de Præſumtione furoris.*
(1033) *l. 9. C. h. t.*
(1034) SCHILTER *Exerc. 38. §. 21. ſeq.*
(1035) STRYCK *Cautel. Teſtament. Cap. 3. §. 51.*

non habebant (1036). Sed cum iam iure Nouellarum ſupplicia ſpecies capitis deminutionis eſſe deſierint (1037), & hodie inprimis ad mortem damnatorum bona regulariter non publicentur (1038); conſequens eſt, vt iis teſtamenti factio deneganda non ſit (1039). Idem hodie de captiuis dicendum eſt, licet a Turcis aliisque infidelibus capti fuerint, cum apud nos pro ſeruis non reputentur (1040).

Obſ. 580. ad §. XI.

Aduentitio) Cum enim lex tantum patribusfamilias teſtandi facultatem conceſſerit: conſequens eſt, ut cum priuati voluntas ius publicum mutare haud poſſit (1041); patris permiſſio efficere nequeat, vt filiusfamilias incipiat eſſe paterfamilias. Hinc ne quidem de peculio aduentitio extraordinario patre permittente teſtari poterit filiusfamilias. Hodie tamen filii-

(1036) *l. 8. §. fin. D. h. t. l. 29. D. de Pœnis.*
(1037) NOV. *22. Cap. 8.* NOV. *134. Cap. vlt.*
(1038) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 221.*
(1039) MENCKE *Diſſ. de teſtamenti factione damnatis ad mortem iure Ciuili denegata & moribus plerisque adſerta.* STRYCK *Caut. teſtament. Cap. 3. §. 53. 54.*
(1040) IDEM *l. c. §. 45. Cap. 15. §. 12.*
(1041) *l. 38. D. de Pactis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0346
DFG

filiifamilias principis permissu testari queunt (1042). Vnde quoque iure Wurtebergico, Norimbergensi, Treuirensi aliorumque locorum statutis gaudent testamenti factione (1043).

Obs. 581. ad § XI.

Receptam) Dictam Nouellam Leonis ob fauorem vltimæ voluntatis receptam esse dicunt (1044). Immo quis non intelligit, interdictionem bonorum in prodigi vtilitatem factam esse, ne in paupertatem veniret & patrimonium suum perderet. Quæ vero ratio in testamento prodigi exulat (1045). Jure tamen Bauarico, Palatino, Wurtebergensi, Hohenloico, Norimbergensi & Hamburgensi prodigis facultas testandi competit nulla (1046).

Obs.

(1042) STRYCK *Caut. testament. Cap. 3. § 39.*

(1043) LAVTERBACH *Collegio Pandectar. h. t. § 33.* PEREZ *ad Codicem h. t. § 9.* LIPPE *Diss. de differentiis iuris communis & Electoratus Treuirensis circa testamentum filiifamilias de bonis aduentitiis.*

(1044) CARPZOV. *Part. 3. Const. 6. Def. 11.* PHILIPPI *Vs. Pract. Inst. Lib. 2. Eclog. 52.*

(1045) IDEM *l. c. n. 10.* HANACCIVS *Diss. de iure testandi prodigo competente.*

(1046) CELEB. C. F. WALCHIVS *Progr. de*

Obſ. 582. ad §. XII.

Hæretici) In ſenſu politico omnes illi in Germania pro hæreticis habendi, qui non ſunt Romano-Catholicæ, Reformatæ, aut Lutheranæ Confeſſionis, cum his ſolis per Pacem Weſtphalicam ius æquale adſertum, reliquis vero ademtum ſit (1047). Quod ſi autem hæretici apud Euangelicos in numerum ciuium recepti fuerint, nemo iis denegabit teſtamenti factionem. Teſtantur enim iure adeptæ ciuitatis. Si non fuerint recepti, teſtamentum condere poterunt iure peregrinorum (1048). Cum Fridericus Imperator, qui peregrinis ius teſtandi conceſſit, non diſtinguat, an orthodoxæ, an hæreticæ doctrinæ ſint (1049). Vnde Judæis etiam, qui publica protectione in aliqua prouincia fruuntur, concedenda erit teſtamenti factio (1050).

Obſ.

---

de teſtamento prodigi Jure Germanico inualido.

(1047) INSTR. PAC. WESTPH. *Art.* 7. *in fine.*

(1048) Per AVTH. *Omnes Peregrini C. Commun. de ſucceſſ.*

(1049) STRYCK *Cautel. Teſtament. Cap. 3. §. 61.*

(1050) BOEHMERVS *Diſſ. de effectibus tolerantiæ religioſæ ciuilibus §. 33. 34.*

Obs. 583. ad §. XII.

Monachi) Intelligimus eos, qui professionem fecerunt & per tria substantialia vota paupertatis, castitatis & obedientiæ se religioni addixerunt (1051).

Obs. 584. ad §. XV.

Refutauit) Cur enim quæso necessaria esset testatoris præsentia, si manifesta ex ore testium vel aliunde sit eius voluntas? Nec mouent, quæ in contrarium disseruit BARTHIVS (1052).

Obs. 585. ad §. XII.

Recepta) Requiritur tamen, vt præsens sit Parochus illius pagi, vbi ægrotans domicilium habet. Quod si ergo forte absit, eius loco duo alii testes adhiberi debent (1053).

(1051) MANZIVS *de Testamentis. p. 100. n. 256. seq.*

(1052) *Diss. de testamento comiti oblato.* Add. STRYCK *Diss. de testamento principi vel iudici per procuratorem oblato.* RIVINVS *Diss. de testamento per procuratorem iudici oblato.* SPIES *Diss. de testamento per procuratorem non offerendo.*

(1053) STRYCK *l. c. Cap. 13. §. 28.* KRIEGER *Diss. de testamento coram Parocho & duobus testibus.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0349 DFG

Obſ. 586. ad §. XXII.

Annulo) Scilicet ſignatorio, cui imago principis vel animalis inſculpta erat. Varie enim ſignabant veteres, apud quos ſculpturæ gentilitiæ & characteres familiarum in vſu non erant (1054).

Obſ. 587. ad. §. XXIII.

Septem) In quorum numero etiam is eſſe poteſt, qui ſcripſit teſtamentum (1055). De cetero ſecundum conſuetudinem ſingulorum locorum rite facta teſtamenta vbique valent, tametſi ſolennitates diuerſæ receptæ ſint (1056).

Obſ. 588. ad §. XXVI.

Probatur) Expreſſe enim in cit. §. ſupponitur caſus, vbi per patriam poteſtatem coniuncti ſunt, quæ efficit, vt omnes pro vna perſona habeantur, & ſic ſibi quodammodo teſtimonium præbent. Si ergo hoc vnionis vinculum ceſſat, ratio legis & ſic quoque eiusdem diſpoſitio ceſſat. Neque quicquam heredi imputari pot-

(1054) SVETONIVS *in Auguſto Cap. 50.*

(1055) *l. 27. D. h. t.* Conf. HOMMEL *Diſſ. de ſeptenario numero teſtium in teſtamento.*

1056) SANDIVS *Deciſion. Lib. IV. Tit. 1. Defin. 14.* STRYCK *l. c. Cap. 15. §. 12. ſeq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0350
DFG

potest, qui non ipse, sed testator testes adhibuit (1057).

Obs. 589. ad §. XXVII.

Probationis) Igitur eo ipso dum nuncupatio in scripturam redigitur, testamentum nuncupatiuum non mutatur in scriptum, vnde nec solennitates scripturæ requiruntur, sed testes diuerso tempore subscribere possunt (1058).

Liber. XXVIII. Titulus II.

De

Liberis & posthumis heredibus instituendis vel exheredandis.

Obs. 590. ad §. II.

Intulerit) Solus itaque conatus solæque minæ non sufficiunt. Idem dicendum

(1057) VINNIVS *Commentar. ad Inst. ad §. 10. h. t. n. 2.*

(1058) ILLVSTRIS NETTELBLADT *Diss. de Testamento nuncupatiuo in scripturam redacto.* HOMMEL *Diss. de scriptura eiusque necessitate in testamento nuncupatiuo.* SCHAVMBVRG *Diss. singularia de testamento nuncupatiuo capita continens.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0351 DFG

est, si contra patrem iniustum aggressorem se defendat filius. Dum enim iure suo vtitur, patri non facit iniuriam (1059).

Obs. 591. ad §. II.

Maleficus) Quod si enim inter eos in itinere aut hospitio repertus fuerit, hoc ad exheredationem non sufficit. Sunt vero malefici, venefici, incantatores, qui præstigiis & magicis artibus contra salutem hominum varia nefanda moliuntur (1060).

Obs. 592. ad §. II.

Excusatur) Nam pater sibi imputare debet, quod ei conditionem nubendi non quæsiuerit (1061). Ceterum hæc exheredationis caussa solas filias concernit & ad filios proinde extendi nequit.

Obs. 593. ad §. II.

Diximus) Priore tamen casu cognatis, si hi furiosi curam habuerint, successionem deferunt.

Obs.

(1059) STRYCK *Caut. Testam. Cap. 19. §. 25.*

(1060) *l. 4. C. de Maleficis.*

(1061) STRYCK *l. c. Cap. 19. §. 25.* ECKARD *de exheredatione filiæ turpiter viuentis.* STOESSERVS *Diss. de exheredatione filiæ invito patre nuptias contrahente.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0352
DFG

Obs. 594. ad §. II.

Hæretici) Requiritur tamen vt liberi tales hæretici facti sint, qui quatuor priores synodos œcumenicas, id est Nycænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam & Chalcedonensem reiiciunt (1062). Cum vero hanc doctrinam Euangelici hodie amplectantur; male a Pontificiis pro hæreticis reputantur (1063).

Liber. XXVIII. Titulus III.

De

Iniusto, rupto, irrito facto testamento.

Obs. 595. ad §. IV.

Mutat) Alterius tamen testamentum subsistit. Cautelam quidem suadet SCHILTERVS (1064), vt sibi inuicem promittant coniuges, se voluntatem mutare nolle. Sed hoc casu habebit alter ex

(1062) NOV. *115. Cap. 3. §. 14.*
(1063) STRYCK *l. c. Cap. 19. §. 38.* Conf. LVD. VAN DE POLL. *de exheredatione & præteritione Romana & hodierna.*
(1064) *Exerc. 39. §. 57.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0353
DFG

acceptatione ius quæsitum, adeoque magis debetur successio ex pacto, quam ex testamento (1065).

Obs. 596. ad §. V.

Extranei) Nam si pater aliud testamentum condat inter liberos, hac clausula derogatoria opus non est (1066).

Obs. 597. ad §. VII.

Decennium) Olim per lapsum decennii ipso iure infirmabantur testamenta (1067). Quod Justinianus tunc demum admisit, si testamentum minimum coram tribus testibus reuocatum & tempore decennii antiquatum fuerit.

Obs. 598. ad §. VII.

Testibus) Certe non est nuda, sed solen-

(1065) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 5. 6.* IDEM *Caut. Testam. Cap. 24. §. 21.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 359. Med. 9.* WILLENBERG *de Testamentis coniugum reciprocis.* ELEND *Diss. de testamento reciproco eiusdemque vsu in ciuitatibus Holsaticis.* STREIT *Diss. de testamentis coniugum reciprocis eorumque reuocatione.*

(1066) STRYCK *Caut. Testament. Cap. 10. §. 32.*

(1067) *l. 6. C. Theodos. de Testament.*

lennis reuocatio, quæ coram septem testibus fit. Leges autem citatæ tantum de nuda reuocatione loquuntur indeque solennem non excludunt. Cur enim non pari solennitate reuocari posset testamentum, qua conditum fuerit? Nam nihil tam naturale est, quam eodem genere quidquis dissolui, quo colligatum est (1068).

Obs. 599. ad §. VIII.

Constat) Licet enim scriptura ad substantiam testamenti nuncupatiui non pertineat (1069): tamen quia voluit testator, vt per instrumentum principaliter post eius mortem probetur testamentum, eo ipso, dum illud inducit & cancellat, præsumitur id eo animo feciſſe, ne illa, quæ in eo descripta sunt, amplius valerent (1070).

Liber XXVIII. Titulus V.
De
Heredibus instituendis.

Obs. 600. ad §. II.

Captatoria) Nam eiusmodi heredis institutionem captatoriam ob heredi-

(1068) *l. 35. D. de reg. iur.* HVBERVS *Prælect. ad Inst. h. t. §. 8.*

1069) *Obs. 590.*

1070) LAVTERBACH *Colleg. Pandect. h. t. §. 35.*

petarum fraudem cum ea coniunctam plane reprobarunt Romani (1071).

Obs. 601. ad §. II.

Collegia illicita) Quod tamen secus est quoad singulos ex collegio, cum ibi cesset odium, esse priuatos hominum conuentus sæpe malis consequentiis occasionem suppeditantes (1072).

Obs. 602. ad §. V.

Minima) Quod statutum est in odium secundarum nuptiarum. Interim portio statutaria huic legi non subiacet, quia non ex munifica coniugis defuncti liberalitate, sed legis prouisione debetur (1073).

Liber.

(1071) BYNKERSHOECK *de heredis institutione captatoria.* THOMASIVS *Diss. de captatoria institutione & de iniusto heredipetarum iure.*

(1072) STRYCK *Caut. Testam. Cap. 16. §. 13.*

(1073) *Diss. nostra de iure coniugis nuptias iterantis in bonis propriis & a priore coniuge quæsitis Cap. 3. §. 8. Edit. Nou. d. a. 1756.*

Liber. XXVIII. Titulus VI.

De

Vulgari & pupillari substitutione.

Obs. 603. ad §. I.

Surrogatio) Inde vocabantur heredes secundi exemplo Augusti (1074), & tertii (1075). Frustra enim sunt, qui putant, omnes vocari secundos, licet vlteriores sint, sicut nuptiæ dicuntur secundæ, tametsi tertiæ quartæue sint (1076).

Obs. 604. ad §. III.

Voluntate) Ex sententia quorundam Doctorum alter casus expressus casum alterum non expressum non includit, quia substitutio non videtur facta in casum, qui omissus est (1077). Sed cum in substitutionibus non ad nuda verba, sed primario ad præsumtam testatoris voluntatem

(1074) TACITVS *Annal. Cap. 3.*
(1075) SVETONIVS *in Claudio Cap. 6.*
(1076) SCHVLTINGIVS *Jurisprudentia Anteiustinianea p. 108. n. 3.*
(1077) HVBERVS *h. t. §. 4.*

respiciendum sit (1078), hic vero ea mente id feciſſe videatur, ne ad heredes ab inteſtato vllo modo deuolueretur hereditas: conſequens eſt, vt caſus omiſſus omnino ſub expreſſo contineatur (1079).

Obſ. 605. ad §. VI.

Recaſuris) Sed his etiam ex formula legis Velleiæ ſubſtitui poteſt, in eum ſcilicet caſum, ſi filius ante patrem deceſſerit (1080).

Obſ. 606. ad §. VII.

Nequit) Licet enim in lege 33. pr. D. h. t. tabulæ, quibus mater filio impuberi ſubſtituit, pupillares dicantur; tamen inde concludi nequit, poſſe matrem pupillariter ſubſtituere. Subſtituit enim filio vulgariter, ſi heres non erit. Tabulæ vero vocantur pupillares, quia filio ſubſtitutio facta, dum adhuc erat in ætate pupillari atque collata inſtitutione in tempus pubertatis, ſubſtitutus matri tunc ſuccedit, ſi filius deceſſerit, antequam in ſuam tutelam venerit (1081).

Obſ.

(1078) *l. 4. pr. D. h. t.*

(1079) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 3.* IDEM *Caut. Teſtam. Cap. 18. Membr. 1. §. 9.*

(1080) *l. 2. pr. D. h. t.*

(1081) HOHEISEL *Diſſ. de pupillaribus tabulis a matre confectis.*

Obs. 607. ad §. IX.

Potest) Nam pater cum liberis impuberibus testamentum condit, non testatur ex persona & nudo nomine liberorum, sed iure proprio & ex persona sua vi scilicet patriæ potestatis (1082). Verum in Saxonia Electorali non solum matri indistincte relinquenda est legitima, siue substitutio sit expressa, siue tacita (1083), sed hoc ius etiam ad auiam extensum fuit (1084).

Obs. 608. ad §. XIII.

Fallitur) Cum substitutio quasi pupillaris ex sola humanitate, cura & affectione parentum erga liberos introducta sit. Hæc vero in vtroque parente est eadem.

Obs. 609. ad §. XVI.

Substituere) Et quidem directo. Nam si saltem iure fideicommissi vltra pubertatem substituere posset, ea substitutio non esset priuilegiata, cum id cuiuis pagano permissum sit (1085).

Obs.

(1082) STRYCK *Caut. Testam. Cap. 18. Membr. 2. §. 16.*

(1083) *Const. 8. Part. 3.* ibique CARPZOVIVS *Def. 3.*

(1084) DECIS. ELECTORAL. *47.*

(1085) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 12.*

Obſ. 610. ad §. XVII.

Subſtituuntur) Et quidem ſi plures ex disparibus partibus inſtituti ſint ſibique inuicem ſubſtituti, easdem in ſubſtitutione partes capiunt, quas teſtator in inſtitutione expreſſit (1086).

✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲

Liber. XXVIII. Titulus VII.

De

Conditionibus Inſtitutionum.

Obſ. 611. ad §. II.

Lege) Tametſi conditio turpis & impoſſibilis in eo conueniant, quod vtraque pro non ſcripta habeatur: re ipſa tamen inter ſe differunt. Turpis enim eſt ſpecies veræ conditionis, cum eius euentus incertus, futurus & poſſibilis, atque adiicien-

---

§. 12. Vid. BAVER *Diſſ. de ſubſtitutione militari.*

(1086) STRYCK *Caut. Teſtam. l. c. §. 22.* ILLVSTRIS REVTERVS *Diſſ. de ſubſtitutione reciproca eiusque a iure adcrescendi discrimine.*

cientis intentio sit, vt actus, donec existat, suspendatur, quamuis eam lex heredi remittat (1087).

Obs. 612. ad §. IV.

Vitiant) Cum vna alteri contrarietur eamque euertat. Quando vero pugnantia inter se iubentur in testamento, neutrum ratum erit (1088).

Obs. 613. ad §. VI.

Habet) Sed cum quoad bona, quæ vltra legitimam sunt, liberi extraneis æquiparentur, de iisque pater pro lubitu disponere possit: consequitur, vt sub quauis conditione heredes instituí queant (1089).

Obs. 614. ad §. VII.

Differentia) Reuera non differunt conditiones potestatiuæ & mixtæ. Nulla enim datur conditio mere potestatiua, quæ non simul aliquid admixtum habeat, quod a potestate personæ honoratæ non dependet (1090).

Obs.

(1087) THOMASIVS *Diss. de filiofamilias sub conditione herede instituto. Cap. 2. §. 15. seq.* BODINVS *Diss. de conditione turpi impleta.*

(1088) *l. 188. D. de reg. iur.*

(1089) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 3.*

(1090) THOMASIVS *Diss. de filiofamilias sub*

Obſ. 615. ad §. VIII.

Puto) Cum vero conſtitutiones tempore poſteriores potiores ſunt his, quæ ipſas præceſſerunt (1091); in *l. 4. C. de condition. inſert.* probata videtur prior ſententia, ſcilicet defeciſſe conditionem, ſi impedimentum a mero caſu oriatur (1092).

Liber. XXVIII. Titulus VIII.

De

Jure deliberandi.

Obſ. 616. ad §. II.

Præfinitum) Jure Codicis intra triginta dies inchoandum, intra alios ſexaginta vero dies perficiendum erat inuentarium (1093). Quo iure etiam Norimbergæ, Hamburgi & alibi vtuntur. Moribus

---

ſub conditione herede inſtituto Cap. 2. §. 20. ſeq.

(1091) *l. fin. D. de Conſtitut. Princip.*

(1092) RICHTER *Diſſ. de conditionibus poteſtatiuis & mixtis caſu deficientibus in vltimis voluntatibus pro impletis habendis.*

(1093) *l. fin. §. 3. C. h. t.*

ribus Saxonicis inchoatur inuentarium poſt trigeſimum, nach Ablauff des Dreyßigſten (1094).

Obſ. 617. ad §. III.

Extra Saxoniam) In plerisque enim Germaniæ prouinciis vſu receptum eſt, vt heres, qui ſimpliciter adiit hereditatem, non teneatur vltra vires hereditatis, ſi loco inuentarii edere poſſit iuratam ſpecificationem. Quod ex antiquis Germanorum moribus repetendum eſt, ſecundum quos heres ſe non vlterius obligaſſe cenſetur, quam pro quantitate patrimonii (1095). Sed hodie in multis tamen locis veluti Francofurti, Wormatiæ, Hamburgi, Norimbergæ & alibi ius Ciuile expreſſe receptum eſt, & requiritur præciſe inuentarium, nec eo deficiente iurata ſpecificatio admittitur (1096).

Liber.

(1094) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 6. Diſſ. noſtr. de Obſignatione iudiciali Cap. 2. §. 1. ſeq.* HORNIVS *Diſſ. de Trigeſimo.* Vid. WACHAV *Diſſ. de ſolennitatibus & effectibus inuentarii hereditatis.*

(1095) SCHILTER *Exerc. 58. §. 51.* HEINECCIVS *Element. Jur. German. Lib. 2. Tit. 10. §. 299-305.* SCHROETER *Diſſ. de iurata ſpecificatione.* STRECKER *Diſſ. de ſpecificatione iurata.*

(1096) STRYCK *Vſ. Mod. h. t. §. 2.*

Liber. XXIX. Titulus I.
De
Testamento militis.

Obs. 618. ad §. III.

Incapaces instituit) Nisi lex eos specialiter prohibuerit. Inter quos sunt serui pœnæ (1097), hæretici (1098), focariæ seu concubinæ militum aliæque in quas turpis suspicio cadere potest (1099). Sufficit tamen si impedimentum, eo tempore, quo moritur miles, cesserit, veluti si heres institutus desierit esse seruus pœnæ (1100).

Obs. 619. ad §. IV.

Adferunt) Immo hoc priuilegium ad omnes extenditur, qui in hostico reperiuntur, licet non ex officii necessitate ibidem sint (1101). Modo tamen alias testamenti factionem habeant (1102).

Obs.

(1097) *l. 13. §. 2. D. h. t.*
(1098) *l. vn. C. de Hæreticis.*
(1099) *l. 41. §. 1. D. h. t.*
(1100) *l. 13. §. 2. D. h. t.*
(1101) *l. fin. D. h. t.* HARPRECHT *Diss. de testamento pagani in hostico condito §. 34. seq.* HOMMEL *Diss. de differentia exigua inter testamentum militare & testamentum paganum in hostico conditum*
(1102) STRYCK *Caut. Testam. Cap. 9. §. 21. 23.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0364
DFG

Obs. 620. ad §. IX.

Nequit) Quodsi ergo hæc requisita non adsint, tale testamentum saltem intuitu personæ extraneæ inutile est. Vtile enim per inutile vitiari non debet (1103).

Obs. 621. ad §. XI.

Grassetur) In Saxonia tamen requiritur, vt vel ipse testator decumbat, vel eius domus infecta sit (1104).

Obs. 622. ad §. XII.

Valet) Cum enim ab initio recte valeat, & nulla lex obstet, sine dubio in perpetuum valebit. Jure tamen Wurtebergico tantum subsistit biennio integro, ab eo tempore, quo conditum fuit (1105).

Obs. 623. ad §. XIII.

Voluntatis) Sunt qui etiam hic duos testes requirunt. Sed sine dubio Pontifex eos requirit veritatis caussa. Igitur si

(1103) HARPRECHT *Diss. de admixtione extraneæ personæ in testamento parentum inter liberos.*

(1104) CARPZOV. *Part. 3. Const. 4. Def. 6.* STRYCK *l. c. Cap. 11. §. 7.* ZIEGLER *Diss. de testamento tempore pestis priuilegiato.* STVRM *Diss. de testamento tempore pestis condito.*

(1105) SCHILTER *Exerc. 38. §. 141.*

veritas aliunde veluti ex scriptura haberi possit, testibus opus non erit (1106).

Obs. 624. ad §. XIV.

Conditionis) Nam Justinianus non solum rusticorum simplicitati & imperitiæ succurrendum esse censuit (1107), sed etiam ad defectum testium respexit, vt plures quam quinque testes in illo pago minime inuenti fuerint. Vnde omnibus ruri ordinarie degentibus hoc legis beneficium merito tribuimus.

Obs. 625. ad §. XIV.

Priuilegium) Deficiente enim legis dispositione iura singularia de casu ad casum extendi non debent. Idem dicendum de testamentis parturientium (1108). Interim in

(1106) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 3. Tit. 76. §. 71.* JENICHEN *Coniecturæ de origine testamenti ad pias causas.* JOECHER *de testamento ad pias causas sine testibus valido.*

(1107) *l. fin. C. de Testam.* PHILIPPI *Diss. de testamento hominum ruralium.* STRYCK *Diss. de testamentis rusticorum.*

(1108) STRYCK *l. c. Cap. IV. §. 37. 38.* BRVMMERVS *Diss. Vtrum testamenta parturientium inter cetera sequioris sexus iura sint vel esse debeant priuilegiata? Edit. Nou. d. a. 1735.*

in Belgio in Indias nauigantium & redeuntium testamenta valent, si fuerint scripta in libro ei rei destinato & subscriptione eius, qui scripsit, nec non duorum testium confirmentur (1109).

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. XXIX. Titulus. II.

De

Acquirenda vel omittenda hereditate.

Obs. 626. ad §. IV.

Nequit) Non tamen tenetur vltra vires hereditatis. Si in Saxonia deficit inuentarium, in eius locum succedit iurata specificatio (1110).

Obs. 627. ad §. V.

Constat) Immo moribus Gentium germanicæ originis hereditas ipso iure transit ad proximos heredes ab intestato. Vnde notum prouerbium: Le Mort saisit le vif, id est mortuus transfert possessionem

(1109) VOETIVS *Comment. ad Pandect. h. t.* §. *11.*

(1110) STRVVIVS *Exerc. 34.* §. *33.*

hereditatis in superstitem (1111). Quod etiam in Ducatu Magdeburgico & statuto Colonienſi receptum est (1112). Eodemque modo sanxit Rex Prussiæ (1113): Daß wenn zwiſchen Ascendenten und Descendenten ſich Erbfälle ereignen, die Poſſeſſion von ſelbſt, ohne adprehenſion deuoluiret und dagegen kein actus prioris adprenſionis oder ſummariiſſimum allegiret werden ſolle.

Obſ. 628. ad §. VI.

Aditam) Sed cum ſui ſint ipſo iure heredes adeoque nulla opus ſit aditione: conſequitur, vt non tam transmittant ad heredes hereditatem adhuc quærendam, ſed iam quæſitam (1114).

Liber.

(1111) Igitur fruſtra CARPZOVII ſententiam impugnat Auctor hoc §pho & in STRYCKII *Vſ. Mod. Pandect. Tit. de acquirenda vel omittenda poſſeſſione §. 7. ſeq.* prout oſtendimus in *Diſſ. de Apprehenſione poſſeſſionis Cap. 1. ſub Præſidio* GASSERI *habita.* Add. SCHILTER *Exerc. 15. §. 11. ſeq.*

(1112) HERTIVS *Lib. 1. Paræm. 29. §. 1.*

(1113) EDICTO *de ſummariiſſimo d. a. 1718. §. 10.* apud PERILLVSTREM MILIVM *Corpor. Conſt. Marchic. Part. II. ſect. 1. p. 635.*

(1114) FRANZKIVS *Exerc. 6. Quæſt. 10. n. 9.*

Liber. XXIX. Titulus III.

Quemadmodum Testamenta aperiantur, inspiciantur & describantur.

Obs. 629. ad §. I.

Juuenta) Licet vero omnes testes decesserint, tamen pro integritate testamenti tam diu præsumitur, donec euidenter contrarium probatum fuerit (1115).

Liber. XXIX. Titulus V.

De

SCto Silaniano & Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur.

Obs. 630. ad §. I.

Vult) Cuius tamen sententia genuino non nititur fundamento. Nam cum

(1115) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t.* §. 4. SCHILTER *Exerc. 38. §. 174.*

fructus iurisdictionis iudex percipiat, etiam onera, ad quæ hi sumtus pertinent, ferre tenetur (1116).

Liber. XXIX. Titulus VI.

Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit.

Obs. 631. ad §. II.

Datur) Si tamen heres alias ab intestato successurus defunctum cœgisset, vt in eius fauorem conderet testamentum, vt ita solus obtineret hereditatem, eo casu fiscus eam portionem, quam alias ab intestato obtineret, sibi vindicare potest (1117).

Liber. XXIX. Titulus VII.

De

Jure Codicillorum.

Obs. 632. ad §. III.

Quinque) Codicilli olim sine testibus valebant. Erant enim epistolæ scriptæ ad

(1116) BEIER *Diss. de legato liberationis ab indebito Corrolar. 13.* HERTIVS *Diss. de herede occisi vindice.*

(1117) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 2.*

ad heredes, de eo, quod post mortem scribens ab his fieri volebat. Vnde non magis quam epistolæ exigebant testes (1118). Verum hi testes necessarii fuerunt, ex quo legislatores admiserunt, vt nuncupatione codicilli fierent (1119). In scriptis vero quinque testium numerus requiritur, vt testantium successiones sine aliqua capione seruentur (1120). Ceterum eo casu, quo duobus vel nullis plane testibus in testamento opus est, tot etiam in codicillis sufficiunt. In codicillis cœci sextus testis adhuc adhibendus est (1121).

Obs. 633. ad §. IV.

Nuncupatiui) Cum codicilli essent epistolæ, facile intelligitur, contra eorum naturam inuectum fuisse, vt nuncupatione sine omni solennitate fierent. Interim ex eo tempore testibus opus esse visum

(1118) *l. 89. pr. D. de Legat. 2. l. 77. §. 2. D. eod.* BOEHMERVS *Diss. de Codicillis absque testibus validis Cap. 1. §. 3. seq.* Conf. CELEB. WIDEBVRG. *Diss. de fideicommissorum & codicillorum origine sub Præsidio* GASSERI *habita.*

(1119) *l. 22. C. de Fidecommiss.*

(1120) *l. 1. C. Theodos. h. t.*

(1121) STRYCK *Caut. testam. Cap. 4. §. 14.*

fuit, quos primus in codicillis ab inteſtato requiſiuiſſe videtur Conſtantinus M. (1122).

Obſ. 634. ad §. IV.

Teſtamento) Initio quidem ad heredem ſcriptum dirigebantur codicilli, poſtea vero fuit admiſſum, vt etiam ad heredem ab inteſtato dirigi poſſent (1123). Codicilli ad heredem teſtamentarium ſcripti ſolebant teſtamento confirmari, hac formula: ſi quos codicillos reliquero, valere volo (1124). Quod accipiendum eſt de codicillis ante teſtamentum conditis, ne ſcilicet per illud correcti viderentur (1125). Sed Seuerus & Antoninus conſtituerunt, vt ſine confirmatione valerent, modo non appareat, teſtatorem a priore voluntate receſſiſſe (1126).

Obſ. 635. ad §. IV.

Sequuntur) Indeque teſtibus non videtur

(1122) BOEHMERVS *cit. Diſſ. Cap. 1. §. 24.*

(1123) *l. 16. D. h. t.*

(1124) *l. 56. pr. D. de fideicomm. libertat.*

(1125) *l. 5. D. h. t.*

(1126) *§. 1. Inſt. h. t.* BOEHMERVS *cit. Diſſ. Cap. 1. §. 14.*

tur opus, cum iis sustinendis ipsa testamenti solennitas sufficit (1127).

Obs. 636. ad §. V.

Betonica) Falsi vero sunt, qui per hanc clausulam omnes defectus sanari putant, cum proprie loquendo nullus sanetur defectus, sed testamentum iure codicillorum subsistat. Vnde facile intelligitur, eam non aliter valere posse, quam si requisita codicillorum adsint (1128).

Obs. 637. ad §. IX.

Possunt) Tametsi priori clausula derogatoria inserta sit. Si vero codicilli sibi contrarii sunt, non minus ac in testamentis posterior voluntas derogat priori (1129).

(1127) *Arg. l. 77. D. de heredib. instituend. l. 10. D. de condition. institut.* THOMASIVS *Casib. Juridic. Part. 4. p. 263.*

(1128) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 11.* SENCKENBERG *Diss. de clausulæ codicillaris inefficatia.*

(1129) *l. 3. C. h. t.* STRYCK *Caut. testament. Cap. 23. §. 26.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1850933545/phys_0373 DFG

Liber. XXX. XXXI. XXXII.

De

Legatis & fideicommissis.

Obs. 638. ad §. I.

Quædam) Legatum dicitur donatio quædam, cum proprie donatio non sit, quippequæ sine acceptatione esse nequit, licet totum proficiscatur ex liberalitate testatoris & sit titulus mere lucratiuus. Ceterum Vlpiano ICto legatum est, quod legis modo, id est, imperatiue testamento relinquitur (1130).

Obs. 639. ad §. III.

Debetur) Licet vero heres rei legatæ commercium non habeat, tamen debetur si eiusmodi res in commercio legatarii sit. (1131).

Obs. 640. ad §. VIII.

Datur) Ex regula iuris: Duæ caussæ lucratiuæ in eundem hominem & eandem rem concurrere non possunt (1132). Si vero partem titulo oneroso, par-

(1130) VLPIANVS *Tit. 24. §. 1.*
(1131) *l. 49. §. 3. D. de Legat. 2.*
(1132) *l. 108. §. 4. D. de Legat. 1.*

partem lucratiuo acquisiuerit, prioris tantum partis æstimationem petere potest (1133).

Obs. 641. ad §. XI.

Collegatarios) Præsumitur enim testatorem noluisse, vt res pluribus legata vno deficiente penes heredem maneat. Igitur in hereditatibus ius accrescendi ex legis necessitate obtinet, cum nemo pro parte testatus & pro parte intestatus decedere possit (1134); in legatis vero ex præsumta testatoris voluntate, qui deficientem partem potius ad eum, cui rem eandem legauit, deuolui voluisse creditur (1135).

Obs. 642. ad §. XVI.

Coniunctus) Hic enim partem deficientem iure proprio magis, quam accrescendi capit, cum ex verbis testatoris iam solidum habeat. Inde pars vacans non tam dicitur ei accrescere, quam potius non auferri, decrescere (1136).

Liber.

(1133) *l. 82. D. eod.*
(1134) *l. 7. D. de reg. iur.*
(1135) HVBERVS *h. t. §. 23.*
(1136) ZOESIVS *h. t. n. 52.*

Liber. XXXIII. Titulus I.

De

Annuis legatis & Fideicommissis.

Obs. 643. ad §. I.

C*edit)* Inde quoque singulis annis, quibus cedit hic dies habilitas legatarii consideranda est (1137), adeo, vt si hæc desit, dies legati cedere haud possit (1138).

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. XXXIII. Titulus II.

De

Vsu & vsufructu & reditu & habitatione, & operis per legatum, vel fideicommissum datis.

Obs. 644. ad §. II.

D*ebuisset)* Qui enim non iuxta formulam, deducto vsufructu, legabat, nudam pro-

(1137) *l. 11. D. h. t.*
(1138) STRYCK *Vs. Mod. h. t. §. 1.*

proprietatem non legabat, siue eodem, siue diuerso titulo quid relictum fuerit (1139). Sed postquam Justinianus legata exæquauit fideicommissis euanuit vsus legis 19. D. h. t. & vsusfructus contra mentem testatoris communicari nequit (1140).

Liber. XXXIII. Titulus IV.

De

Dote prælegata.

Obs. 645. ad §. I.

Prælegata) Prælegari dicitur dos, quasi præsens & ad manum dari. Dicitur quoque relegari, quod reddi potius sua res vxori, quam dari videatur. Patet inde quid sit commodum repræsentationis, scilicet, quod statim, id est præsenti die eam accipiat.

Liber.

(1139) *§. 1. Inst. de Vsufructu.*

(1140) BOEHMERVS *Diss. de verbis directis & obliquis §. 15.*

Liber. XXXIII. Titulus V.

De

Optione vel Electione legata.

Obſ. 646. ad §. III.

D*iffert*) Sed hoc discrimen iura noſtra ignorant, & optionem atque electionem promiscue accipiunt (1141). Igitur in vtroque legato optimum ſumi poteſt. Aliud tamen dicendum eſt, ſi res in genere legetur nulla electionis mentione facta (1142).

Liber. XXXIII. Titulus VII.

De

Inſtructo vel inſtrumento legato.

Obſ. 647. ad §. I.

P*ertinet*) Non vero frumentum ſeminis cauſſa repoſitum, zur Einſatt, quippequod

(1141) *l. 2. pr. l. 8. pr. l. 17. D. h. t.*
(1142) *§. 37. Inſt. de Legatis.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 387.*

quod sub hoc legato comprehenditur (1143). Pertinet etiam ad fundum instructum legatum, mit den Wirthschafts-Inuentario (1144).

Liber. XXXIII. Titulus IX.

De

Penu legata.

Obs. 648. ad §. I.

Medicamenta) Nam per cit. legem 5. ea tantum sub penu comprehenduntur, quæ alendi non autem quæ sanandi corporis caussa adhibentur. Nec illa quæ testator promercii caussa habuit, sed ea sola, quæ in penum sibi separauit (1145).

Liber. XXXIV. Titulus I.

De

Alimentis vel cibariis legatis.

Obs. 649. ad §. I.

Pertinent) Quæ tamen sub legato æducationis der Aufferziehung comprehen-

(1143) *l. 12. pr. D. h. t.*
(1144) LEYSERVS *l. c. spec. 388.*
(1145) *l. 4. §. 2. D. h. t.*

henduntur (1146). Quod etiam dicendum ex præsumta defuncti voluntate, si alimenta ei legauerit, cui antea eiusmodi sumtus subministrare solebat.

Liber. XXXIV. Titulus II.
De
Auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veste, vel vestimentis & statuis legatis.

Obs. 650. ad §. III.

Interest) Scilicet legatum vestis complectitur omnia vestimenta (1147). Vestis enim & vestimenta non differunt, bene vero vestis & vestimentum (1148). Vestis nimirum est genus, id est vestimentorum vniuersitas, vestimentum vero species, id est pars ex illa vniuersitate v. g. pallium (1149).

Liber.

(1146) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 1.*
(1147) *l. 6. D. de Legat. 2.* PAVLVS *Lib. 3. sententiar. Cap. 6. §. 79.*
(1148) *l. 1. pr. l. 23. 33. D. h. t.*
(1149) BYNCKERSHOECK *Obseruat. Lib. 2. Cap. 18.*

Liber XXXIV. Titulus III.
De
Liberatione legata.

Obſ. 651. ad §. IV.

A*deſt)* Sed cum leges citatæ (1150) de eo caſu agant, vbi expreſſa mentio fit a patre, pro dote dari, legari, ſiue loco & in compenſationem dotis: conſequens eſt, vt nihil exinde ſolidi poſſit inferri ad præſentem quæſtionem de præſumta & tacita voluntate. Igitur vtrumque capit, niſi probetur, teſtatorem voluiſſe, vt alterutro contenta ſit (1151).

Liber. XXXIV. Titulus IV.
De
Adimendis, vel transferendis legatis, vel fideicommiſſis.

Obſ. 652. ad §. IV.

C*apit)* Quia ſola pœnitentia ad ademtionem ſufficit, hæc vero per duos te-

(1150) Nimirum *l. 22. & l. 34. §. 5. D. de Legat. 2.*

(1151) SCHILTER *Exerc. 39. §. 20. ſeq.*

ſtes, vel per ſchedulam teſtatoris probari poteſt (1152). Hinc cum priori firmiter ademtum, in poſteriorem autem non firmiter translatum ſit legatum, hoc neceſſario apud heredem manet (1153).

Liber. XXXIV. Titulus V.
De
Rebus dubiis.

Obſ. 653. ad §. II.

Impuberes) Et quoad hunc effectum filiæ pubertas æſtimanda vti alias, vt ſcilicet anno 12. pubes ſit. Nam cum aliud leges non disponant, ſtandum eſt ſimplici pubertatis determinationi alias receptæ (1154).

Liber.

(1152) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 2.* CRELL *Diſſ. Quomodo legatum nuda voluntate adimatur.*

(1153) *l. 34. pr. D. de Legat. 1.*

(1154) STRYCK *de ſucceſſ. ab inteſtat. Diſp. 10. Cap. 2. §. 13.*

Liber. XXXIV. Titulus VI.

De

His, quæ pœnæ cauſſa relinquuntur.

Obſ. 654. ad §. I.

Valebat) Legata enim non ex odio erga heredem, ſed beneuolentia erga legatarium relinqui debent. Fruſtra vero eſt BYNCKERSHOECKIVS (1155), dum ſtatuit, Tribonianum non intellexiſſe, quæ fuerint legata pœnæ nomine. Ea enim pœnæ nomine relicta dicebantur, quibus teſtator cogere volebat heredem, vt aliquid faceret, vel non faceret contra animi ſententiam (1156).

(1155) *Opusculo de legatis pœnæ nomine Cap. 9.*

(1156) GVNDLING *Diſſ. de principe herede ex teſtamento ciuis Cap. 6. §. 32. ſeq.* ILLVSTRIS AYRER *Diſſ. de emendatione definitionis legatorum pœnæ nomine ad §. 36. Inſt. de Legatis.* CELEB. BECKMANN *Diſſ. de legatis pœnæ nomine relictis.*

Liber. XXXIV. Titulus VII.
De
Regula Catoniana.

Obſ. 655. ad §. II.

D*ubium)* Sed lex 3. intelligi debet de hereditate ſub conditione relicta. Quod patescit ex lege 4. eod. in qua monet Vlpianus, Catonis regulam ad conditionales inſtitutiones non pertinere.

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. XXXIV. Titulus VIII.
De
His, quæ pro non ſcriptis habentur.

Obſ. 656. ad §. II.

A*dpareat)* Et quidem ſufficit generalis ſubſcriptio: dictaui, recognoui (1157). Alias vero requiritur, vt teſtator ſua manu ſpecialiter, vel tertius ipſius iuſſu adiecerit, quod ita teſtatus ſit (1158).

Liber.

(1157) *l.* 1. §. 8. *D. ad leg. Cornel. de Falſis.*

(1158) *l.* 15. §. 1. 2. *D. eod. l.* 2. *C. de his qui*

Liber. XXXIV. Titulus IX.

De

His quæ vt indignis auferuntur.

Obſ. 657. ad §. II.

Venit) Sed Nou. I. Cap. 2. beneficio Falcidiæ prorſus priuatur, licet rem minimam occultauerit heres, in fauorem legatariorum (1159).

Liber. XXXV. Titulus I.

De

Conditionibus & Demonſtrationibus & cauſſis.

Obſ. 658. ad §. IV.

Habet) Et talis modus, cum emolumentum ad ſolum legatarium rediret, magis

---

qui ſib. adſcrib. in teſtam. STRYCK *Caut. Teſtam. Cap. 15. §. 8.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 397. Med. 1. ſeq.*

(1159) STRYCK *l. c. Cap. 22. Membr. 2. §. 11.*

gis pro consilio habetur. Exceptio est, si declaret testator, non aliter legatarium, cui forte minus industrio prospectum voluit, ad legatum admittendum esse, nisi modo impleto (1160).

Liber. XXXV. Titulus II.

Ad

Legem Falcidiam.

Obs. 659. ad §. III.

Nequeat) Scilicet detrahitur Falcidia ratione ætatis, ita vt tot annorum fiat computatio, quot annos probabile est, legatarium adhuc superuicturum esse. A prima ætate vsque ad annum 30. annorum 30. computatio fit, & præsumitur alimentarium, adhuc 30. annos viuere posse. Ab annis 30. tot annorum fit computatio, quot ad annum 60. desunt. Ab annis 60. cuiuscunque ætatis sit annorum 5. computatio instituitur (1161).

Obs.

(1160) *l. 19. D. de Legat. 3.* STRYCK *l. c. Cap. 20. §. 38.* MENCKE *Diss. de modo legatis adscripto.*

(1161) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 9.*

Obſ. 660. ad §. IV.

Diſſentiant) Scilicet cum Juſtinianus dicat (1162), expreſſim eam prohiberi debere, putant, tacitam prohibitionem permiſſam non eſſe. Non autem videtur ad externum verborum ſonum ſe alligaſſe Imperator, ſed ſine dubio ſufficere credidit, ſi modo de voluntate teſtatoris ex indubitatis argumentis ſufficienter conſtet (1163). In Saxonia tamen Electorali expreſſa prohibitio requiritur (1164): Mein Erbe ſoll die Falcidiam nicht abziehen, ſeu, ich will daß mein Erbe die Falcidiam nicht abkürtze. Ceterum in Saxonia Electorali donationes mortis cauſſa Falcidiam non patiuntur (1165).

Obſ. 661. ad §. IV.

Pias cauſſas) Idque ſeruat hodie praxis. Nam citata Nouella eo ſaltem caſu falcidia heredem indignum pronunciat, ſi

(1162) NOV. *1. Cap. 2. §. 2.*

(1163) STRYCK *Cautel. Teſtament. Cap. 22. Membr. 1. §. 6. ſeq.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 405. Med. 4.*

(1164) *Dec. Elect. 43.*

(1165) *Part. III. Conſt. 1.* ibique CARPZOVIVS *Def. 5.* Conf. STRYCK *Diſſ. de illicita falcidiæ detractione.*

1) is vltra semestre spatium a die insinuati testamenti numerandum in mora præstandi legata fuerit, præsertim si 2) insuper mendacio vsus sit, dicens, relictam sibi substantiam haud sufficere, ad cuncta legata exsoluenda (1166).

Liber. XXXVI. Titulus I.

Ad

SCtum Trebellianum.

Obs. 662. ad §. II.

Putat) Sed contraria sententia verior esse videtur, quia 1) hocce ius quartam deducendi extensum fuit ex ratione legis Falcidiæ ad heredem fiduciarium, 2) par ratio est in lege Falcidia & in SCto (1167).

Obs. 663. ad §. VI.

Præsenti) Nulla tamen promissione heredis opus est. Sed sufficit, quod tale quid a defuncto audierit. Igitur cessat legis beneficium, si heres absens fuerit, quia

(1166) STRYCK *Caut. Testam. Cap. 22. Membr. 3. §. 1.* Vid. DEINLIN *Diss. legem falcidiam ad legata piæ caussæ pertinere.*

(1167) SCHILTER *Exerc. 40. §. 25. seq.*

quia cogi nequit, vt de re sibi ignota iuret. Si forte testator sit mutus, tantum requiritur, vt voluntatem litteris exaratam hæredi præsenti tradat (1168).

Obs. 664. ad §. IX.

Feminis) Quia scilicet ex regula fideicommissa familiæ constituuntur ad conseruationem familiæ, quam tamen feminæ, cum nubendo transeant in alienam familiam, non conseruant (1169).

Obs. 665. ad §. X.

Enunciatiua) Quia scilicet merum testatoris consilium continent indeque in heredis arbitrium vnice conferunt, an illud sequi velit, an non?

(1168) STRYCK *Caut. Testam. Cap. 21. Membr. 1. §. 39. seq.* DAEGENER *Diss. de fideicommisso nuncupatiuo minus solenni.*

(1169) STRYCK *de success. ab Intestat. Diss. 7. Cap. 2. §. 9.* KNIPSCHILD *de fideicommissis familiarum nobilium.* HABEE *Diss. de fideicommissis familiarum perpetuis.* PVTTER *Diss. de iure feminarum adspirandi ad fideicommissa familiæ & de earum renunciatione, quæ fit exstincta iam stirpe masculina vulgo* nach dem ledigen Anfall.

Obſ. 666. ad §. XIII.

Purum) Sed nulla genuina ratio oſtendi poteſt, quare deterioris conditionis eſſe debeat, qui pure grauatus, quam qui ſub conditione, vel ex die. Igitur rectius ſentiunt, qui filium ad vtriusque quartæ detractionem admittunt (1170).

Obſ. 667. ad §. XIV.

Perſecutio) Fideicommiſſorum perſecutio ideo extraordinaria dicitur, quia in cauſſis fideicommiſſorum ipſe magiſtratus extra ordinem ius dicebat, id eſt, nec formulam, nec iudicem pedaneum dabat

Liber.

(1170) VINNIVS *Quæſt. ſelectar. Lib. 2. Cap. 29.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 305.* HARPRECHT *Diſſ. II. de iure detrahendi duas quartas Cap. 2. §. 11. ſeq.*

Liber. XXXVI. Titulus IV.

Vt in possessione legatorum vel fideicommissorum seruandorum caussa esse liceat.

Obs. 668. ad §. I.

Videtur) Sed cum in Rec. Imp. d. a. 1654. §. 36. tantum missio ex primo & secundo decreto contra contumaces in comparendo iure Romano solita abrogata sit: consequens est, vt legatarius, vel fideicommissarius hoc remedio adhuc hodie vti possit (1171).

Liber. XXXVII. Titulus I.

De

Bonorum possessionibus.

Obs. 669. ad §. II.

Desiderat) Sed si in edictali contradictor adsit, per accidens euenit, vt in illa

(1171) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 1.*

illa etiam opus sit causſæ cognitione & decreto. Nam decretalis re vera est edictalis, sed quia causſæ cognitionem requirit, etiam solenni Prætoris decreto opus est (1172).

Liber. XXXVII. Titulus I.

Si tabulæ testamenti extabunt.

Obs. 670. ad §. I.

Interierint) Naufragio forte incendio alioue fortuito casu, modo constet, eas tempore mortis testatoris extitisse, atque earum integritas & contenta per duos etiam testes probari possit (1173).

Obs. 671. ad §. I.

Deletum) Ita tamen vt deletio inconsulto testatore facta sit. Alias enim plane non valet testamentum (1174).

Liber.

(1172) SCHILTER *Exerc. 15. §. 64.*
(1173) *l. 1. D. h. t.*
(1174) SCHILTER *Exerc. 41. §. 8.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0392
DFG

Liber. XXXVII. Titulus III.

De

Bonorum possessione furioso, infanti, muto, surdo, cœco competente.

Obs. 672. ad §. I.

Currat) Tempus enim petendæ possessionis scientibus præscriptum est. Cum ergo furiosus intellectum non habeat, & infans ei æquiparetur: consequens est, vt pœna locum habere nequeat.

Liber. XXXVII. Titulus IV.

De

Bonorum possessione contra Tabulas.

Obs. 673. ad rubrum.

Lignum) Scribebantur enim testamenta in ceris, quæ ligneis tabulis infusæ erant (1175).

Liber.

(1175) BYNCKERSHOECK *Obseruat. Lib. 3. Cap. 21.*

Liber. XXXVII. Titulus VI.

De

Collatione bonorum.

Obs. 674. ad §. III.

Emta) Quia scilicet filium locupletiorem reddunt. Quod ad omnes dignitates pertinet, quæ salarium vel stipendium annexum habent (1176).

Obs. 675. ad §. III.

Habent) Et hinc propter exclusam donationis præsumtionem ex portione fratris studiosi vel animo repetendi hos sumtus fecerunt.

Obs. 676. ad §. IV.

Probatur) Præsumitur hoc tantum memoriæ caussa a patre factum fuisse. Cessat vero hæc præsumtio, si hos sumtus in tali libro, cui debita & credita inserta sunt, expresserit (1177), iam enim facienda est collatio, vt tamen detrahantur sumtus ad

---

(1176) *l. 30. §. 2. D. de inofficios. testament.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 411. Med. 4.*

(1177) STRYCK *De succeſſ. ab inteſtat. Diſſ. 11. Cap. 3. §. 11.*

ad victum & amictum necessarii, vtpote quibus opus habuisset filius, si domi mansisset (1178).

Obs. 677. ad §. IV.

Deserat) Cessantibus enim studiis, cessat quoque fauor studiorum caussa introductus (1179). Sed quid si non odio litterarum, vel animo deserendi studia a togata ad sagatam militiam se contulerit filius? Aequum iam est, vt a collatione absoluatur. Nam militem ornant literæ, quas etiam sæpissime multum profecisse in bello certum est (1180).

Obs.

(1178) IDEM *l. c. §. 18.* Vbi Responsum refert: Daß von solchen ad studia verwandten Unkosten so viel abzuziehen, als Beklagter, wenn er zu Hause blieben wäre, zu seinen Unterhalt bedürfft hätte.

(1179) STRYCK *l. c. §. 19.* DECIS. ELECT. SAXON. *50.*

(1180) STRYCK *l. c. §. 20.* SCHOEPFER *Diss. de sumtibus studiorum.* PERILLVSTRIS CARRACH *Progr. de iussu patris in conferendis studiorum sumtibus rato vel irrito §. XV.* BODINVS *Diss. de collatione sumtuum studiorum.* REDECKER *Diss. de collatione sumtuum studiorum.* WERNHER *Diss. de collatione circa libros studiorum gratia comparatos.*

Obſ. 678. ad §. V.

Arrhæ) Quamuis enim has arrhas non retineat filia, ſed in ſponſum transferat, lucrum tamen ex eo habet, quod earum vice alias a ſponſo accipiat.

Obſ. 679. ad §. VI.

Erronea) Scilicet nepos gradum repræſentat non perſonam. Igitur cum non ex iure patris, ſed ex ſua perſona ſuccedit, & nemo ex alterius facto vel accepto obſtringatur, niſi vinculum hereditatis intercedat; conſequitur, vt ad onera perſonæ patris, a cuius hereditate abſtinuit, cohærentia non obligetur (1181).

Obſ. 680. ad §. IX.

Nuptialis) Niſi de contraria patris voluntate conſtet. Interim collationi propter dona nuptialia locus non eſt, quia hæc a conuiuis acceperunt liberi, adeoque a patre profecta non ſunt (1182).

Obſ.

(1181) BASTINELLER *Diſſ. de nepote patris conferenda, niſi his auctus ſit, non conferente.* KRESSIVS *Diſſ. de nepote ea, quæ parens accepit, in vniuerſum conferente.* WERNHER *Diſſ. de collatione nepotum.*

(1182) MVLLER *Diſſ. de donis nuptialibus Cap. 4. §. 1. ſeq.* HORLACHER *Diſſ. de rebus collationi non obnoxiis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0396
DFG

Obſ. 681. ad §. X.

Debet) Sed ſiue ipſam rem, ſiue eius æſtimationem liberi conferant, in eo ſtatu conferenda eſt, quo mortis tempore reperitur. Sicuti enim alias hereditatis quantitas mortis tempore inſpicitur (1183): ita quoque res conferenda, cum eo tempore ad hereditatem reuertatur (1184).

Liber. XXXVII. Titulus IX.

De Ventre in poſſeſſionem mittendo, & curatore eius.

Obſ. 682. ad §. I.

Mittit) Modo venter non fuerit exheredatus. Olim enim venter tunc demum in poſſeſſionem mittebatur, ſi non eſſet exheredatus (1185). Sed hodie talis caſus exiſtere nequit, cum nulla exheredationis cauſſa in Nou. 115. determinata in poſtumum cadere poſſit (1186).

(1183) §. 3. *Inſt. ad Leg. falcid.*
(1184) STRYCK *l. c. Cap. 5. §. 6.*
(1185) *l. 1. §. 2. D. h. t.*
(1186) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 3.*

Liber. XXXVII. Titulus XI.
De
Bonorum possessionibus secundum tabulas.

Obs. 683. ad §. I.

Habebat) Quia 1) renunciatio hereditatis viuentis & nondum delatæ haud valebat (1187), 2) leges pro forma sui heredis institutionem requirunt (1188), quæ priuatorum pactis immutari nequit (1189). Igitur iure Ciuili testamentum nullum est, illudque filius nihilominus post mortem patris impugnare potest (1190).

Obs. 684. ad §. IV.

Probetur) Scilicet eo animo dilacerasse posterius testamentum, vt valeret prius. Quæ probatio fieri potest per testes, qui audiue-

---

(1187) *l. fin. D. de suis & legitim. l. 3. C. de. Collat. l. 35. §. 1. C. de inoffic. testam.*

(1188) *pr. Inst. de exhæredat. liberor. l. 30. D. de liber. & postum.*

(1189) *l. 38. D. de Pactis.*

(1190) STRYCK *de succes. ab intestat. Diss. 9. Cap. 4. §. 16.*

audiuerunt a defuncto, se velle ex priore testamento decedere (1191).

Obs. 685. ad §. V.

Debeat) Nimirum cum quantum ad solennia ius prætorium & Ciuile in vnam consonantiam iunctum sit (1192): consequitur, vt sigilla absque subscriptione non sufficiant (1193).

Liber. XXXVIII.

Modus succedendi ab intestato hodiernus.

Obs. 686. ad §. II.

Diuiditur) In capita succedere dicuntur, vbi secundum heredum numerum hereditas viritim distribuitur. In stirpes vero, vbi remotiores locum propioris defuncti occupant & omnes simul eam portionem accipiunt, quam si viueret, habiturus fuisset.

(1191) STRYCK *l. c. §. 32.*
(1192) §. *3. Inst. de Testamentis.*
(1193) STRYCK *l. c. §. 51.*

Obs. 687. ad §. II.

Repræsentationis) Aequitas enim iubere videbatur, vt nepotes in locum parentis intrarent, eamque caperent hereditatis partem, quam ille si viueret accepisset (1194). Sed Germani hanc fictionem ignorarunt, donec sub Ottone M. per legem duellicam introduceretur (1195). Apud Rigenses vero mansit vsus iuris veteris & proximior excludit remotiorem (1196).

Obs. 688. ad §. III.

Præcipua habent) Nam iure Ciuili pater binubus amittit fauore liberorum eorum proprietatem, quæ a defuncto coniuge accepit, & saltem retinet vsumfructum (1197), qui vero morte exspirat. Sed huic legi non subiacent ea, quæ legis prouisione ad superstitem peruenerunt (1198).

Obs.

(1194) *l. 1. §. 4. D. de suis & legitim.* VLPIANVS *Tit. 25. §. 2.*

(1195) HEINECCIVS *Element. Jur. Germ. Lib. 2. §. 229. seq.*

(1196) STATVTA RIGENSIA *Lib. 4. Cap. 2. §. 3.* STRYCK *Diss. de collat. iur. rigens. cum iur. Commun. Cap. 6. n. 51. seq.*

(1197) *l. 3. C. de secund. nupt.*

(1198) *Diss. nostr de iure coniugis nuptias iterantis, in bonis propriis & a priore coniu-*

Obs. 689. ad §. VI.

Capiunt) Procul dubio autem iudicis officio liberis & incestuosis & adulterinis alimenta decerni potuerunt. Saltem enim videtur Imperator indecorum censuisse, alimentorum petitionem ex lege speciali ei concedere, cuius natales sine execratione memorari non possunt (1199). Sed hodie secundum ius Canonicum etiam iure actionis ab his peti possunt alimenta (1200).

Obs. 690. ad §. VII.

Senior) Vel nepos ex fratre seniore. Si vero plures gladii adsunt, optio locum habet. Interim cum lex tantum de gladio loquatur, ad baltheum das Degen-Gehencke extendi nequit (1201).

Obs. 691. ad §. VIII.

Officio) Immo apud Euangelicos hodienum clerici in geradam maternam succedunt (1202). Requiritur tamen vt

coniuge quæstis Cap. 4. §. 1. seq. Cap. 5. §. 2. seq. Edit. Nou. d. a. 1756.

(1199) *Obs. 542.*

(1200) *cap. 5. X. de eo qui duxit in vxorem.* BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protestant. Lib. 4. Tit. 7. §. 9.*

(1201) BARTHIVS Bericht von der Gerade und

sint ordinati, ideoque Doctores, Professores & studiosi Theologiæ, nec non Canonici, cantores ac æditui hoc iure non vtuntur (1203).

Obs. 692. ad §. IX.

Liberi) Cum Imperator expresse dicat (1204), quod cum ascendentibus & fratribus ad defuncti successionem vocentur etiam præmortui fratris filii: necesse esse volunt, vt fratres defuncti superstint, adeo, vt si soli extent fratrum liberi, hi ab ascendentibus excluderentur (1205). Sed menti Imperatoris conuenientior esse videtur contraria sententia, etiam fratrum filios solos cum defuncti parentibus concurrere & in stirpes succedere. Nam Imperator fundamentum decisionis non in con-

---

und dem Heer-Geräthe *Cap. 8. §. 13.* Plura diximus in denen rechtlichen Anmerckungen *p. 44. seq.*

(1202) STRVVIVS *de succes. p. 441.* BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. III. Tit. 27. §. 23.* LANGE *Diss. de successione clerici in geradam maternam §. 8. seq.*

(1203) Rechtliche Anmerckungen *p. 284.* Add. HOFFMANN ausführliche Beschreibung der Gerade und des Heer-Geräthe.

(1204) NOV. *127. Cap. 1.*

(1205) HEINECCIVS *Element. iur. ciuil. sec. ordin. Institut. §. 755.*

concursu fratrum collocat, sed potius in iure repræsentationis fratrum filiis speciatim indulto. Nec ratio vlla adest, quare ascendentes fratrum filios solos excludere possint, non vero si cum fratre defuncti concurrant. Igitur dum Imperator fratrum defuncti mentionem fecit, id non dispositiue seu exclusiue, sed exempli loco feciſſe & sic casum, si soli fratrum filii existant, non exclusisse videtur (1206).

Obs. 693. ad §. IX.

Adtenditur) Vt scilicet ascendentes ex matre bona materna, & ex patre paterna præcipiant. Nam 1) Nouella 118. Cap. 2. iubet Imperator, vt æqua lance diuidatur luctuosa hereditas, nulla originis bonorum facta mentione. Nec 2) admissa contraria sententia proximus gradu excluderet remotiorem, quod tamen requirit Imperator. Si enim filius præter bona paterna nihil haberet, auus paternus excluderet matrem. 3) Bona filio semel quæsita cum reliquis consolidantur propriumque ipsius fiunt patrimonium (1207). Interim Jure Lubecensi si decedit

(1206) HEROLD *de iure repræsentationis Cap. 4. sect. 2. Membr. 1. Conclus. 1. §. 4.* STRYCK *de succeſſ. ab inteſtat. Diſſ. 2. Cap. 1. §. 31.*

(1207) *l. 10. §. 2. D. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* STRYCK *l. c. Diſſ. 2. Cap. 1. §. 21.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0403
DFG

dit filius separatus, succedunt fratres separati, post hos non separati, iisque non existentibus demum parentes. Sed si filius non separatus moritur, soli succedunt parentes (1208).

Obs. 694. ad §. IX.

Excludunt) Quod dicitur der Schoßfall. Natum inde prouerbium: Das Erbe fället dem Eltern in den Schooß (1209). Dicitur etiam Busen, & in Jure Prussico (1210) sinus ruptus, daß der Busen zertrennet, indicat, alterutrum parentem mortuum esse.

Obs. 695. ad §. XII.

Excludunt) Licet vero vulgo hic respectum quendam parentelæ vrgeant & sicuti liberi parentes defuncti excludunt, ita hos patruum defuncti, qui est loco patris, excludere dicant: tamen verior est contraria sententia, quod scilicet iure repræsentationis eum excludant (1211). Alias enim fratrum nepotes etiam defuncti patruum excludere deberent. Vnde iure

(1208) JVS LVBECENSE *Lib. 2. Tit. 7.*
(1209) CARPZOV. *Part. 3. Const. 17. Def. 6.* RICHTER *de successione ab intestato sect. 2. Membr. 1. n. 23.*
(1210) *Lib. 5. Tit. 12. Art. 2. §. 1. & 5.*
(1211) Per NOV. *118. Cap. 3.*

iure Saxonico communi æquis partibus succedunt, quia ibi ius repræsentationis in linea transuersa exulat (1212).

Obs. 696. ad §. XV.

Obtinet) In linea enim transuersa regula obtinet: Je näher dem Sipp, je näher dem Erbe (1213). Nec obstat Recessus Imperii Wormatiensis de anno 1521. §. 18. & 19. quia Elector & reliqui principes Saxoniæ protinus contra illam Imperii constitutionem protestati sunt (1214). Sed hanc protestationem in dubium vocat HOFFMANNVS (1215).

Obs. 697. ad §. XVI.

Admittitur) Quæ tamen bonorum possessio intra centum dies agnoscenda (1216). Quod tempus computatur a die scientiæ, vbi constitit, coniugem vita esse

(1212) CARPZOV. *Part. 3. Const. 18. Def. 4. & 5.*

(1213) JVS PROV. SAX. *Lib. 1. Art. 3. & 17.*

(1214) SCHNEIDEWINN *Comment. ad Inst. in tertio ordine succedendi n. 14.* STRYCK *Vs. Mod. Pand. Tit. de suis & legitimis* §. 7.

(1215) *Diss. de successione Juris Marchici. p. 92.*

(1216) §. 4. *Inst. de bonor. possess.*

functum (1217). Hodie successio coniugum non vbiuis eadem est. Idcirco de ea secundum leges prouinciales & statuta localia iudicandum erit (1218).

Obs. 698. ad §. XVII.

Vacantium) In quibusdam locis etiam eorum bona fiscus occupat, qui cœlibes infra certum ætatis annum lege vel consuetudine definitum decedunt. Quod vocant Jus Hagestolziatus, das Hagestolzen Recht (1219). Jus Hagestolziatus in Duca-

(1217) STRYCK *de succes. ab intest. Diss. 4. Cap. 1. §. 7.*

(1218) BASTINELLER *Diss. de successione vidui ex lege Hallensi.* BODINVS *Diss. de collatione iuris Romani & statutarii Franckenhusani circa successionem coniugum ab intestato.* STRECKER *Diss. de successione coniugum iuxta statuta Gothana.* JOECHER *Diss. de successione coniugum Lipsiensium. Diss. nostra de differentiis iuris Marchici & Magdeburgici in successione coniugum. Progr. nostr. de vsu paræmiæ iuris Germanici* der letzte thut die Thür zu *in successione coniugum.* DELVDEWIG *Diss. de differentia iuris Romani & Germanici in successione coniugum.* SLVTER vom Erb-Rechte der Ehe-Leute.

(1219) KRESSIVS *Diss. de iure Hagestolziatus*

Ducatu Guelpherbytano olim in vsu fuit, quod tamen nouissimis constitutionibus anno 1730. abrogatum esse scimus (1220). Eadem ratione Rex magnæ Brittanniæ in prouinciis Germanicis idem ius penitus abrogauit (1221).

Liber. XXXIX. Titulus I.

De

Noui operis nunciatione.

Obs. 699. ad §. II.

Intelligit) Sed lapilli nomine cœmenta venire nequeunt. Igitur nunciatio, quæ manu

---

ziatus præcipue in Ducatu Guelferbytano. DE LVDEWIG *Diss. de Hagestolziatu exule in Germania.* KRESSIVS *repetitio dictæ Dissertationis occasione Hagestolziatus a Domino Cancellario* DE LVDEWIG *apud venedos in exilium dati.* DE WERNHER *Diss. de Jure Hagestolziatus.*

(1220) Hällische Anzeigen *d. a. 1730. Num. 48. p. 759.*

(1221) EDICTVM *d. d. 24. Jul. 1732. Corp. Const. Part. IV. Cap. 6. sect. 1. n. 13. p. 21.* Rechtliche Anmerckungen *p. 257.*

manu fieri dicitur (1222), veram vim continet, id est realem destructionem. Iactus vero lapilli fuit solennitas quædam nunciationis priuatim factæ sine vi, id est vis quædam imaginaria seu symbolum factæ turbationis (1223).

Obs. 700. ad §. VI.

Probauerit) Id est si nuncians intra hoc spatium nihil deducit, nunciato, præstita cautione, in nouo opere pergere permittitur & contra nunciantem mandatum sine clausula decerni solet (1224).

Liber.

(1222) *l. 5. §. 10. D. h. t.*

(1223) *l. 1. §. 6. l. 20. §. 1. D. Quod vi aut clam.* SCHILTER *Exerc. 42. §. 16. seq.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 426.* BOEHMERVS *Diss. de pœna ius sibi dicentis siue iudice Cap. 1. §. 16.* STRAVCHIVS *Diss. de noui operis nunciatione.* MYLIVS *Diss. de noui operis nunciatione in foris Germaniæ.*

(1224) HERING *de Fideiussoribus Cap. 15. n. 99.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0408
DFG

Liber. XXXIX. Titulus II.

De

Damno infecto, & de ſuggrundiis & protectionibus.

Obſ. 701. ad §. II.

Promiſſoria) Tametſi enim ædes ſint ruinoſæ, tamen eſt poſſeſſor rei immobilis adeoque nuda promiſſione cauet.

Obſ. 702. ad. §. IV.

Tenetur) Hoc damnum enim non ex vitio operis oritur, ſed per caſum fortuitum datur, quem ex regula nemo præſtat.

Obſ. 703. ad §. V.

Furni) Sed ſi deſint ſtatuta & conſuetudines, ſaltem vnum pedem abeſſe debere ſtatuunt furnum a pariete vicini, ne per nimium calorem murus vicini torrendo debilitetur (1225).

Liber.

(1225) *l. fin. D. Finium regundorum.* STRYCK *Diſſ. de iure furnorum Cap. 2. n. 72. ſeq.*

Liber. XXXIX. Titulus III.

De

Aqua & aquæ pluuiæ arcendæ.

Obſ.. 704. ad §. III.

Patiatur) Interim tamen hic ſumtus ab eo, qui opus fecit, ex interdicto, quod vi aut clam repetit (1226).

Obſ. 705. ad §. II.

Proſit) Hæc enim actio tunc demum locum habet, ſi aqua noceat, non vero ſi non proſit (1227).

Obſ. 706. ad §. II.

Loquuntur) Scilicet qui aliquid facit, vt principaliter alteri noceat, nullo habito reſpectu vtilitatis vel neceſſitatis ſuæ, id ad æmulationem feciſſe dicitur (1228).

Liber.

(1226) *l. 12. 13. D. h. t.*

(1227) *l. 1. §. 21. D. h. t.* STRYCK *Diſſ. de damno rebus alienis licite illato Cap. 2. n. 182. ſeq.*

(1228) STRYCK *Diſſ. de iure æmulationis Cap. 3. n. 6. ſeq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0410
DFG

Liber. XXXIX. Titulus IV.
De
Publicanis & vectigalibus & commissis.

Obs. 707. ad §. II.

Dependet) Cum ex quorundam Doctorum sententia ius vectigalium ex superioritate territoriali principibus Germaniæ competente fluat (1229). Verum hoc falsum est, quam quod falsissimum. Nam Capitulatione Cæsarea nouissima sancitum fuit, vt neque noua vectigalia institui, neque vetera augeri possint, sine Imperatoris & Electorum vnanimi assensu, auditis etiam vicinis, quorum interest & illius Circuli statibus, in quo vectigal institui vel augeri debet: Wir sollen und wollen auch keinen Zoll von neuen geben, noch einige alte erhöhen oder prorogiren, weniger von einen Ort oder Bezirck zum andern, weiters als sich gebühret und rechtmäßig hergebracht, erstrecken oder verlegen lassen, auch vor uns selbst keinen aufrichten, erhöhen oder prorogiren. Es sey dann nicht allein mit aller und ieden Churfürsten Wissen und

(1229) DE LVDEWIG *Comment. ad Aur. Bull. Tom. I. p. 881.*

und Willen, Zulassen und Collegial-Rath, durch einhelligen Schluß, also in diesen Stück verfahren, daß keines Churfürstens Wiederrede oder Dissens dargegen und dergestalt alle und iede Collegial-Stimmen einmüthig seyn, massen dißfals die Maiora nicht zu attendiren und ohne die Unanimia nichts zum Stande zu bringen, sondern auch die interessirte Benachbarte und derienige Crayß in welchen der neue Zoll aufgerichtet oder ein alter erhöhet, transferiret, prorogiret, oder perpetuiret werden will, darüber gehöret, deren darwieder habende Bedencken und Beschwerden von Uns und denen gesamten Churfürsten gebührend erwogen und nach befundener Billigkeit, beobachtet werden (1230). Interim hæc tantum de vectigalibus, quæ de mercibus soluuntur, intelligenda videntur. Nam ripatica, pedatica, vectoria, quæ pro equis & rhedis solui debent Fehr, Brücken, Wege, Strassen oder Pflaster-Geld ad superioritatem territorialem pertinent (1231).

Obs.

(1230) CAPITVL. FRANCISCI I. *Art. VIII. §. 1. 2. 3.*

(1231) DE LVDEWIG *l. c. p. 882. seq.* Plura diximus ad STRAVCHII *Diss. de regali vectigalium iure §. 12. Not. 5. §. 50. Not. 22.*

Obſ. 708. ad §. III.

Acquiritur) Id eſt iis, qui vectigalia conduxerunt (1232). Hodie inter fiscum & conductores diuidi ſolet.

Obſ. 709. ad §. VI.

Tenetur) Sunt enim qui damnum a magiſtratu indiſtincte reſarciendum eſſe autumant (1233). Sed cum Receſſus Imperii loquatur de iis temporibus turbidis, quæ ante conſtitutam pacem publicam fuerunt in Germania, ad hodierna tempora, vbi principes vectigalia in compenſationem impendiorum ad reparationem pontium & viarum exigere ſolent, applicari nequit. Niſi tamen pro ſecuritate aliquid in ſpecie ſolutum fuerit (1234).

Liber. XXXIX. Titulus V.

De Donationibus.

Obſ. 710. ad §. III.

Acceptatio) Acceptationis neceſſitas ex ipſa pactorum natura fluit, cum

(1232) *l. 11. D. h. t.*

(1233) Per RECESSVM IMPERII *d. a. 1559. §. 34.*

(1234) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 21.* STRAVCHIVS *cit. Diſſ. §. 56.* & quæ ibi notauimus *Not 23. p. 45.*

vtrumque consentire oporteat in idem placitum, quod sane aliter fieri nequit, quam id, quod donatur, verbis vel factis accipiendo (1235). Egregie igitur decipitur LVDEWIGIVS, qui arbitratur, donationem etiam sine acceptatione validam esse (1236).

Obs. 711. ad §. IV.

Omnia) De quibus scilicet donans libere disponere potest. Sic enim iure veteri Germanico bona immobilia sine heredum consensu, ohne der Erben Urlaub, alienari non poterant (1237). Mobilia quamdiu valido corpore erat donator (1238). Quod etiam hodie Lubecæ, Hamburgi & alibi obtinet quoad bona hereditaria, Erb-Güther. De acquisitis enim, errungenen Güthern, libere disponunt (1239).

Obs.

(1235) HEINECCIVS *ad* VINNIVM *Commentar. ad Inst. ad §. 2. h. t. n. 1.* WERNHER *Diss. de acceptatione in donationibus necessaria.*

(1236) DE LVDEWIG *Diss. de Donatione eiusque barbaro adnexu acceptatione.*

(1237) JVS PROV. SAX. *Lib. 1. Art. 34.*

(1238) JVS PROV. SAX. *Lib. 1. Art. 52.*

(1239) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 10. 11.*

Obſ. 712. ad §. VI.

Quocunque) In Saxonia tamen & Jure Lubecenſi rerum immobilium donatio apud iudicem rei ſitæ inſinuanda eſt (1240).

Obſ. 713. ad §. IX.

Liberi) Idem etiam de parentibus & fratribus dicendum erit, ſi ipſis propter donationem a defuncto tertio cuidam factam legitima ſalua non ſit. Quod vero fratres attinet, requiritur, vt donatio in perſonam infamem, vel leuis notæ macula laborantem collata fuerit, ad exemplum teſtamenti inofficioſi (1241).

Obſ. 714. ad §. X.

Donatio) Hæc lex (1242) quidem ſoli

(1240) CARPZOV. *Part. 2. Conſt. 12. Def. 19.* ALBINVS *Diſſ. de donationibus bonorum immobilium iure inprimis Saxonico.* MEVIVS *ad Jus Lubecenſe Part. I. Tit. 9. Art. 2. n. 25.* STEIN Abhandlung des Lübiſchen Rechts *Part. II. Lib. 1. Tit. IX. §. 41. ſeq.*

(1241) *l. 4. & arg. l. fin. C. de in offici. donat.* LAVTERBACH *Diſſ. de donatione inofficioſa §. 16. ſeq.* FRIESE *Diſſ. de querela inofficioſæ donationis.* LINCK *Diſſ. de querela inofficioſæ donationis.*

(1242) Nimirum *l. 8. C. de reuoc. donat.*

Patrono ius donationem liberto factam reuocandi concedit. Sed vsu fori ad alios donatores extenditur, cum donatio facta ab eo, qui liberos non habet, videtur in se continere tacitam conditionem, si ipsi postea liberi nati non fuerint, de quibus si cogitasset, donaturum fuisse credi non debeat, quia nemo præsumitur, successiones alienas anteponere propriis (1243).

Liber.

(1243) *l. 102. D. de Condit. & Demonstr. l. 30. C. de Fideicommiss.* VINNIVS *ad §. 2. Inst. h. t. n. 7.* CARPZOV. *Part. 2. Const. 12. Def. 32.* PAVLI *Diss. de reuocandis donationibus ob superuenientiam liberorum.* WERNHER *Diss. de reuocatione donationis ob agnationem liberorum Cap. 2 § 14. seq.* FVCHSIVS *Diss. de reuocanda donatione ob superuenientiam liberorum.* Conf. SCHORCHIVS *Diss. de eo quod iustum est circa reuocationem donationis.* BOSE *Diss. de reuocandis donationibus.* SCHELLHORN *Diss. de opinata donationum ob superuenientes liberos reuocatione*

Liber. XXXIX. Titulus. VI.

De

Mortis cauſſa donationibus & capionibus.

Obſ. 715. ad §. IV.

R*equirunt)* Scilicet ſi fiat extra iudicium. Iis tamen caſibus, in quibus in teſtamentis nullis vel tantum duobus teſtibus opus eſt, tot etiam ſufficiunt in mortis cauſſa donatione. Interim iure Ciuili hæc donatio quartæ Falcidiæ ſubeſt (1244), non vero iure Electorali Saxonico, ſi donatio omnium bonorum iudicialiter facta ſit (1245).

Obſ. 716. ad §. VI.

Heredibus) Quo caſu etiam ad heredes non tranſit, ſi donatarius ante donatorem decedat, cum præſumatur, quod ad heredes tranſire debeat donatio, ſi viuo donatario eidem acquiſita fuerit. Igitur caſus præmorientis donatarii ſpecifice exprimi debet (1246).

(1244) *l. 2. C. h. t.*
(1245) CARPZOV. *Part. 3. Conſt. 1. Def. 5.*
(1246) STRYCK. *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 8.*

Liber. XLI. Titulus I.
De
Acquirendo rerum dominio.

Obſ. 717. ad §. VI.

Perſecutio) Cum vero in aliis rebus amiſſa poſſeſſione non amittatur dominium, immo ius det ad eam repetendam: verius videtur, non per ſe amitti dominium eo, quod feræ cuſtodiam noſtram euaſerint, ſed ex probabili coniectura, quod ob difficillimam perſecutionem eas pro derelictis habere credamur, præſertim cum internosci quæ noſtræ fuerint ab aliis commode nequeant (1247). Quod ipſam occupationem ferarum attinet, Trebatio ICto quidem placebat, beſtiam vulneratam noſtram eſſe & eousque noſtram videri, donec eam perſequamur. Igitur ſi quis eam per hoc tempus animo lucrifaciendi ceperit, furtum committit. Sed contra Trebatium obtinuit, vt capta demum noſtra ſit (1248). Moribus Germano-

(1247) GROTIVS *de iure belli & pacis Lib. 2. Cap. 8. §. 3.*
(1248) *l. 5. §. 1. D. h. t.*

manorum moderata feræ persecutio in alieno fundo permittitur, modo ea fiat sine inflatu corniculi venatorii, incitatione canuum & sclopeti explosione (1249). Sed hæc persequendi licentia sublata est in Saxonia Electorali (1250).

Obs. 718. ad §. VIII.

Adserit) Sed nulla lex in Germania ostendi potest, quæ venationum iura adimat vniuersim priuatis eaque transscribat in principem. Igitur in iis demum prouinciis in regalium classe erunt collocanda, vbi id lege vel consuetudine introductum est (1251).

(1249) JVS PROV. SAX. *Lib. 2. Art. 61.* DE BEVST von der Jagd und Wildbahns-Gerechtigkeit *Cap. XI. §. 1. seq.* ERNEST. FRID. KNORRE Rechtliche Abhandlung von der in Deutschland üblichen Jagd-Folge, in den Hällischen Anzeigen *d. a. 1755. Num. X. XI. & XII. p. 160. seq.* RAYS *Diss. de ferarum persecutione in Territorio alieno vulgo* Jagd-Folge.

(1250) STISSER Jagd- und Forst-Historie der Teutschen *Cap. 6. §. 49.* GRIEBNER *Diss. de eo quod iustum est circa feras ex custodia dilapsas sect. 3. §. 5.*

(1251) LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 441. Med. 4. & 5.* RICCIVS von der Jagd-

Obſ. 719. ad §. IX.

Solent) Et propterea rectius manſuefactis accenſeri debuiſſent. Apud nos dantur apes domeſticæ ſeu manſuetæ, & ſilueſtres ſeu feræ. Illæ optimo iure inter animalia manſueta referuntur, hæ vero eius ſunt, qui habet ius venandi in ſilua. Manſueta enim ſunt, quæ habent oppoſitum genus ferarum (1252).

Obſ. 720. ad §. XI.

Addicuntur) Niſi forte dominus iuſtas probare poſſit cauſſas, quod non citius in res ſuas inquiſiuerit (1253).

Obſ. 721. ad §. XII.

Inſula) Si ſcilicet fundo fluminis hæret. Nam ſi inſula natatilis eſt, virgultis aut alia qualibet leui materia ita ſuſtentata in

---

Jagd-Gerechtigkeit *Cap. I. §. 28. ſeq.* DE LVDEWIG *Diſſ. de venatu eiusque regali Different. 5.* Diſſentit JARGOW Einleitung zu der Lehre von den Regalien *Lib. 2. Cap. 5. §. 8. ſeq.* Add. DE GOEBEL *Diſſ. de iure venandi.* BASTINELLER *Diſſ. de modo venandi vulgo dicto* die Klapper-Jagd.

(1252) *§. 15. 16. Inſt. de rer. diuiſ.* MVLLER *Diſſ. de iure apum.*

(1253) LVDOVICI *Diſſ. de reſtitutione rei furtiuæ Cap. I. §. 25.*

in flumine, vt solum non tangat, atque ipsa moueatur propemodum publica & ipsius fluminis insula est (1254).

Obs. 722. ad §. XVII.

Distinguendum) Nota est lis inter Sabinianos & Proculianos, quorum illi materiæ, hi formæ dominum præferebant (1255). Sed Justinianus mediam sententiam scilicet Caji, Vlpiani, Pauli probauit (1256), qui interesse putarunt, an species ad pristinam materiam possit reduci, nec ne (1257). Sed cum regulariter materia, ex qua noua species fit, sit res fungibilis, non errabit iudex, si eam conficienti, domino materiæ autem pretium addicat (1258).

(1254) *l. 65. §. 2. D. h. t.* GRYPHIANDER *de insulis.* LINCK *Diss. de iure fluminum.* ZIEGLER *Diss. de iure fluminum.*

(1255) *l. 61. D. de rei vindic. l. 44. §. 2. D. de Legat. 1. l. 9. §. 3. D. ad Exhibend. l. 7. §. 7. D. de acquir. rer. domin.*

(1256) §. *25. Inst. de rer. diuis.*

(1257) *l. 78. §. 4. l. 88. D. de Legat. 3.*

(1258) THOMASIVS *Diss. de pretio adfectionis in res fungibiles non cadente Cap. 3. §. 9. seq.* HOHEISEL *Diss. de specificatione.*

Obſ. 723. ad §. XVIII.

Species) Inde ſequitur, frumentum non acquiri excutienti. Nam ſpicæ non ſunt materia, ex qua frumentum fit, quia grana iis contenta iam perfectam ſuam ſpeciem habent. Quod ſecus videtur in vino & oleo. Hoc enim ex uuis & oliuis expreſſum in aliam ſpeciem & aliud nomen tranſit (1259).

Obſ. 724. ad §. XX.

Frumentum) Licet granum cum grano non coeat, ſufficit tamen, quod ſemel commixta ſeparari nequeant. Quis enim cognoscere poteſt, quænam ſint eius, qui ſua grana vindicat. Immo nemo facile tam ineptus erit, vt ſeparationem petat, ſi triticum cum hordeo mixtum fuerit, cum maiores ſumtus requireret ſeparatio, quam quidem ipſius rei pretium eſt (1260).

Obſ. 725. ad §. XXI.

Mala fide) Qui enim mala fide ſolo alieno ædificat donaſſe creditur (1261). Igitur

(1259) OISELIVS *ad* CAIVM *Lib. 2. Tit. 1. §. 3. n. 58.*

(1260) THOMASIVS *Diſſ. de pretio affectionis in res fungibiles non cadente Cap. 3. §. 57. ſeq.*

(1261) *l. 7. §. 12. D. h. t. l. 53. 82. D. de reg. iur.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0422
DFG

Igitur si hæc præsumtio contraria probatione elidi potest, non amittit dominium (1262) Sed hodiernis moribus mala fide ædificanti facultatem repetendi impensas concedunt, eique dant actionem negotiorum gestorum vtilem (1263).

Obs. 726. ad §. XXIII.

Cedat) Argumentum Justiniani ab excellentia picturæ desumtum etiam ad chartam quadrat, cum scriptura longe excellentior sit charta. Haud dubie ICtus Caius in pictura exceptionem admisit (1264), quia is, qui pinxit, nouam speciem per imaginem fecit, quæ ante non fuit. Hodiernis moribus sufficit, si domino reddatur charta æque bona & pura, aut pretium soluatur. Nam charta est res fungibilis, in quam nulla cadit adfectio (1265).

Obs. 727. ad §. XXVII.

Conducta) Ex regula enim mercenarius

(1262) *l. 2. C. de rei vindicat.*

(1263) HVBERVS *Prælect. ad Inst. h. t. §. 40.*

(1264) *l. 9. §. 2. D. de acquired. rer. domin.*

(1265) THOMASIVS *Diss. de pretio affectionis in res fungibiles non cadente Cap. 3. §. 63.*

rius ad fodiendum & ædificandum, non vero ad inueniendum thesaurum conducitur (1266).

Obs. 728. ad §. XXVIII.

Intelligendum] Textum Juris Prouincialis Saxonici: Alle Schätze unter der Erden begraben tieffer den ein Pflug gehet, gehören zur Königlichen Gewalt (1267), perperam de metallifodinis glossatorum ineptiis delusi exposuerunt Doctores Saxonici. Nam hic textus non loquitur de natis sub terra, sed de defossis. Licet vero Augustus Elector Saxoniæ secundum eos constituerit (1268): tamen verius est, extra Saxoniam Electoralem in dubio thesaurum ad emolumenta fisci pertinere, nisi ius Romanum receptum esse probetur (1269).

Obs.

(1266) BYNCKERSHOECK *Obseruat. Lib. 2. Cap. 4.* CRELL *Diss. de thesauro a mercenariis aut fabris inuento.*

(1267) JVS PROV. SAX. *Lib. 1. Art. 35.*

(1268) *Part. 2. Const. 53.*

(1269) HERTIVS *Diss. de superioritate territoriali* §. *45.* Conf. FELTIVS *Diss. de iure thesaurorum.* FRANCKENSTEIN *Diss. de eo quod iustum est circa thesauros.* GOLL *Diss. an thesauri iure germanico*

Obſ. 729. ad §. XXXIII.

Cenſetur) Cum enim Germani olim ſine ſcriptura celebrarent contractus, frequenter eiusmodi ſymbolis vſi ſunt, ex quibus concluderetur, dominium fuiſſe translatum. Scotatio autem nomen accepit a voce Koth, Schutt, quæ modicum terræ, id eſt glebam denotat (1270).

Obſ. 730. ad §. XXXIV.

Jactum miſſilium) Qui igitur ex veriori ſententia non ad occupationem, ſed potius ad traditionem refertur. Ille enim qui res ſuas pro derelictis habet, is non habet animum transferendi in alios dominium, quem vero is habet, qui miſſilia iactat (1271).

Liber.

---

manico hodierno regalibus fiſci adnumerandi ſunt?

(1270) GVNDLING *in Gundlingian. Part. VIII. Obſ. 4. §. 14. ſeq.*

(1271) GRAFFIVS *Diſſ. de miſſilibus.* FRITSCHIVS *de miſſilium ſparſione ad l. 2. C. de Conſul.* SCHOONHOFEN *Diſſ. de miſſilibus.*

Liber. XLI. Titulus II.

De

Acquirenda vel amittenda possessione.

Obs. 731. ad §. IV.

I*mmobilium)* Quippequas vix æstimare solent. Sed cum pupilli sine tutoris auctoritate incipiant possidere, si eius sint ætatis, vt intellectum capiant (1272): consequens est, vt lex 3. C. h. t. de acquisitione per infantem, quæ tutore auctore fit, accipienda sit. Nam iure singulari vtilitatis caussa receptum est, vt in hoc casu iudicium infantis suppleatur auctoritate tutoris, cum alioquin nullus sensus sit infantis acquirendi possessionem (1273).

Obs. 732. ad §. VII.

Non teneatur) Sed hæc regula varias patitur exceptiones. Nam 1) cogi potest possessor hereditatis, vt dicat titulum possessionis suæ (1274), quo sciret actor, an

(1272) *l. 1. §. 3. l. 32. §. 2. D. h. t.*
(1273) *l. 32. §. fin. D. eod.* VOETIVS *Commentar. ad Pandect. h. t. §. 6.*
(1274) *l. 11. D. de hereditat. petition.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0426
DFG

an titulo vniuerſali, an ſingulari poſſideat, cum actiones vniuerſales non dentur aduerſus eum, qui titulo ſingulari poſſidet (1275). 2) Excipitur caſus, ſi res ſine titulo poſſideri nequeat. Hinc ſi quis regalia poſſideat & a principe ipſi eo nomine controuerſia moueatur, neceſſario poſſeſſionis titulum edere tenetur. Cum enim non niſi ex conceſſione principis regalia a priuato exerceri poſſint: conſequitur, vt cum de iure principis conſtet, conceſſio autem facti ſit, ea ab allegante probari debeat. Enata inde regula, quod quoties ius a principe dependeat, nemo in poſſeſſorio contra principem defendendus ſit (1276). 3) Si poſſeſſor prædii nexum feudalem non diffitetur, eoque ipſo concedit, ſe illud poſſidere beneficio domini, omnino adſtringitur ad edendum poſſeſſionis titulum (1277). 4) Excipiunt

(1275) STRYCK *Diſſ. de neceſſitate edendi titulum poſſeſſionis Cap. 2. n. 11. ſeq.* BOEHMERVS *de Actionibus ſect. 2. Cap. 3. §. 16. lit. r.*

(1276) STRYCK *l. c. Cap. 3. n. 18.* IDEM *Vſ. Mod. Pandect. Tit. de Jurisdiction. §. 27. 28.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. Tit. de Probation. Qu. 3.*

(1277) STRYCK *l. c. Cap. 4.* HENRICVS A COC-

piunt casum, si possidenti aduersetur iuris præsumtio, eoque potissimum decimas referunt (1278).

Obs. 733. ad §. X.

Dissensisse) Existimat enim Papinianus ICtus, statim deponentem amittere possessionem, si depositarius eam non reddere constituerit. Contra Paulus ICtus etiam contrectationem requirit, quia furtum non fit, nisi hæc accedat (1279).

Liber. XLI. Titulus III.

De Vsurpationibus & vsucapionibus.

Obs. 734. ad §. II.

Distinguunt) Occasione cap. vlt. X. de præscriptionibus. Vbi Pontifex eum, qui

---

A COCCEJI *Diss. de præsumtione feudali Cap. 4.* DE LVDEWIG *Opusculis Miscellis Tom. 1. Lib. 2. opuscul. 3. Diff. 6.*

(1278) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protestant. Lib. 3. Tit. 30. §. 69.* Plura diximus in *Diss. de apprehensione possessionis Præside* GASSERO *habita Cap. 3. §. 4. seq.*

(1279) *§. 1. Inst. de obligat, quæ ex delict.*

qui dubitat, in bona fide esse negat. Sed cum is in bona fide sit, qui ignorat, rem, quam possidet, alienam esse (1280): consequens est, vt is qui dubitat, cum ignoret, alium esse dominum, in bona fide sit.

Obs. 735. ad §. III.

Adplicatum) Confundit enim Pontifex fidem theologicam cum iuridica, & quod finis litium esse debebat, nouis iisque infinitis litigiis ansam dare solet. Facile enim prætextu deficientis bonæ fidei præscriptiones impugnantur (1281).

Obs. 736. ad §. VII.

Immobiles) Res enim soli inuasæ non dicuntur, nisi vis accedat, adeoque vitium reale non inducit clandestinitas. Si vero res mobiles clam possideantur, vbique furti vitium contrahitur (1282).

Obs. 737. ad §. VIII.

Habet) Tot enim anni super decennium

(1280) *l. 109. D. de verb. signif.*

(1281) THOMASIVS *Diss. de fide iuridica.* HENRICVS A COCCEJI *Diss. de finibus bonæ fidei in præscriptione Cap. 1. dubio 11. §. 18. seq.* BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 2. Tit. 26. §. 51. seq.*

(1282) *§. 2. Inst. h. t.*

adiiciuntur, quod ex ipso decennio absens fuerit (1283).

Obs. 738. ad §. IX.

Volunt) Si scilicet ignorantia probabilis & iusta sit atque intra quadriennium a primo scientiæ tempore computandum flagitetur. Quæ sententia hac potissimum nititur ratione: si non valenti agere non currit præscriptio, cur non ignoranti ius suum? Non tamen præsumitur hæc ignorantia, sed legitime probanda est (1284).

Obs. 739. ad §. X.

Restringunt) Igitur hodie bonæ fidei possessor, qui rem alienam a malæ fidei possessore accepit domino ignorante, non nisi triginta annorum præscriptione tutus est. Cum vero mentio fiat præscriptionis longi temporis, quæ pertinet ad res

---

(1283) NOV. *119. Cap. 8.*

(1284) MASCARDVS *de Probation. Conclus. 880. seq.* ROTERMVNDT *Diss. vtrum præscriptio completa per restitutionem in integrum ex capite solius ignorantiæ rescindi possit?* Videatur tamen PESTEL *Diss. de sola ignorantia, quamtumuis iusta & probabili, nullam operante restitutionem in integrum aduersus qualemcunque præscriptionem.*

res immobiles, legem in mobilibus locum habere negant. Sed falsa est hæc limitatio. Nam si possessor malæ fidei rem alienam vendit, vitium reale contrahit & res est furtiua adeoque vsucapi nequit (1285).

Obs. 740. ad §. XI.

Vtitur) Verior tamen videtur BRVNNEMANNI sententia. Dicta enim regula tunc cessat, si vnus de damno vitando, alter vero de lucro captando certet. Jam vero ecclesia, contra quam præscribitur, de damno vitando certat (1286).

Obs. 741. ad §. XII.

Restringi nequit) Frustra enim sunt, qui certum temporis spatium requirunt, cum tot anni sufficiant, vt initii non extet memoria. Nam non respicimus ad vitam hominum, sed memoriam, & vetustas temporis est instar probationis optimæ, quippequæ vrgentissimam præsumtionem inducit, cui tam diu standum est, donec origo memoriæ, seu adquisitionis initium demonstretur. His enim demonstratis, deficit immemorialis præscriptio, quia

(1285) §. 2. *Inst. h. t.* BRVNNEMANN *ad* AVTH. *Malæ fidei C. de præscript. long. n. 5.*

(1286) STRYCK *Diss. de iure priuilegiati contra priuilegiatum Cap. 2. n. 82. seq.*

præsumtio cedere debet veritati. Igitur non sufficit, vt testes senes de sua tantum scientia deponant, sed requiritur, vt deponant: Wie sie nicht allein selbsten wüsten, sondern von ihren Vorfahren gehöret, auch iedermann dergleichen bezeuget, und es eine gemeine Sage gewesen, daß es iederzeit unverrückt also und nicht anders gehalten worden. Interim memoria, quæ scriptis seruatur, non excludenda est. Nam desideratur vetustas, cuius origo memoriam excessit. Sed hæc non adest, si initii memoria per documenta haberi potest, id est qua ratione possessio olim acquisita fuerit (1287).

Obs.

(1287) OCKEL *de præscriptione immemoriali.* DE WERNHER *Obseruat. forens. Part. I. Obs. 165.* DE LVDEWIG *Comment. ad Aur. Bull. Tom. I. p. 767.* BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 2. Tit. 26. §. 36. seq.* HOHEISEL *Diss. de præscriptione immemoriali sanæ rationi & iuri Ciuili contrariante Cap. 2. §. 39 seq.* LEYSERVS *Diss. de præscriptione immemoriali hominum licet memoria deficiente per documenta elidenda §. 5. seq.* KRESSIVS *Diss. de genuina natura & indole vetustatis seu præscriptionis immemorialis.* GASSER *Diss. de præscriptione immemoriali.*

MEN-

Obs. 742. ad §. XII.

Dicunt) Nec huic sententiæ obstat lex 6. C. de præscriptione XXX. vel XL. annorum, cum longissimi temporis præscriptionem tantum excludat. Quod intelligitur ex lege 7. C. de fundis rei priuatæ, vbi Imperatores auxilium vetustatis admittunt. Igitur ad immunitates præscribendas sufficit tempus immemoriale (1288).

Obs. 743. ad §. XII.

Esset) Cum vero bona domanialia adhibitis debitis requisitis alienari possint: consequitur, vt præsumtio iustæ ac legitimæ adquisitionis pro possessore militet, donec

MENCKEN *Diss. de præscriptione immemoriali per documenta elidenda.* Videsis quæ notauimus ad STRAVCHIVM *Diss. de regali vectigalium iure §. 22. & 25. Not. 11. 12. p. 25.*

(1288) ZIEGLER *de iuribus maiestaticis Lib. 2. Cap. 2. §. 52.* BASTINELLER *Diss. de eo quod iustum & æquum videtur in præscriptione immunitatis ab oneribus publicis.* CRAMER Abhandlung von einer *Immunität* durch Verjährung. Conf. tamen THOMASIVS *Diss. de præscriptione regalium ad iura subditorum non pertinente.*

donec vitiosum originis initium probetur (1289).

Obs. 744. ad §. XIV.

Dependet) Sed si reus absolutus sit, etiam lite pendente possessio continuatur & impletur vsucapio (1290).

Liber. XLII. Titulus I.

De

Re iudicata & de effectu sententiarum & de interlocutionibus.

Obs. 745. ad §. III.

Adnotanda) Vt postmodum si remedium suspensiuum interpositum fuerit, de fatalibus exacte constare possit. Hodie scriba iudicii præsente iudice prælegit

(1289) BOEHMERVS *l. c. §. 44.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 458. Med. 2. & 3.*

(1290) *l. 2. D. pro Donato. l. 1. 9. D. de præscript. long. tempor.*

legit sententiam stando factamque publicationem subnotat (1291).

Obs. 746. ad §. IV.

Fundamento) Intelligenda enim est de decretis & resolutionibus, Verordnungen, quæ sine plena causſæ cognitione ad nuda vnius partis narrata supplicatis inscribi solent (1292).

Obs. 747. ad §. VI.

Principis) Hic enim victori ius, quod ex re iudicata quæsiuit, auferre nequit. Ne inde iniuriarum occasio nascatur, vnde iura oriri debent (1293).

Obs. 748. ad §. VIII.

Mobilia) Quod in Saxonia Electorali ita mutatum est, vt arbitrio creditoris relictum sit, an in mobilia, immobilia, an vero in iura primo loco executionem fieri velit (1294).

(1291) Anleitung zum Proceß *Lib. 1. Cap. 18. §. 12. 13.*

(1292) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 13.* BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 2. Tit. 27. §. 11.* Anleitung zu Referirung der Acten *Cap. IV. §. 71.*

(1293) STRYCK *l. c. §. 22.*

(1294) ORD. RECOGN. *Tit. 39. §. 7.*

Anlei-

Liber. XLII. Titulus II.
De
Confessis.

Obs. 749. ad §. III.

Post eam) Nulla sententia apud Romanos opus erat, si reus in iure id est apud Prætorem confessus erat, sed habebatur pro iudicato (1295). Quod si autem confiteretur in iudicio, omnino sententia requirebatur, quia iudex ex formula reum vel absoluere, vel condemnare debebat (1296). Licet vero hodie discrimen inter magistratum & iudicem exulet: putant tamen Doctores, statim decerni posse executionem, si quis fateatur ante litem contestatam, sin vero post eam, opus esse sententia condemnatoria. Igitur confessionem ante litem contestatam habent pro ea, quæ olim fiebat in iure, & quæ post litem contestatam fit pro eo, quæ fiebat in iudicio.* Sed praxis docet, vtroque casu sententiam publicari (1297).

Liber.

Anleitung zum Proceß *Lib. I. Cap. 27. §. 3. seq.*

(1295) *l. 25. §. 2. D. ad Leg. Aquil.*

(1296) BACHOVIVS *ad* TREVTLERVM *Vol. 2. Diss. 23. Thes. 5. lit. B.*

(1297) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 3.*

Liber. XLII. Titulus III.

De

Cessione bonorum.

Obs. 750. ad §. II.

Fundamento) Lex enim fin. C. qui bonis cedere possunt, ad quam dissentientes prouocant, de eo casu loquitur, quod electio competat creditoribus, an statim cessionem accipere, an vero debitori spatium quinquennale indulgere & videre velint, an non interim ad meliorem fortunam reuerti possit, vt sic cessione opus non sit. Possunt enim creditores debitori inducias concedere, si maior pars consentiat, quæ non ex numero personarum, sed quantitate debiti æstimatur. Si vero æqualitas tam debiti, quam numeri creditorum emergat, eorum sententia vincit, qui non cessionem, sed inducias exigunt (1298).

Obs. 751. ad §. III.

Potest) Aliis contraria sententia placet; cum ad carcerem se nemo obligari possit. Nam si beneficio cessionis bonorum renunciaretur, debitor in carcerem esset coniiciendus, ad quem euitandum cessio

(1298) *l. 8. D. de pactis.*

bonorum introducta fuit (1299). Sed 1) certum est, beneficium inuito non obtrudi, & quemuis posse renunciare fauori pro se introducto, ad iura renunciata vero non dari regressum (1300). 2) Indubitati iuris est, quod per statutum induci potuit, potest etiam per pactum, cum statuta sint ius quoddam conuentionale. Ast plurium locorum statuta dantur, quæ non indulgent obærato cessionis beneficium, sed eum in carcerem ire iubent (1301). 3) Cur non valide se quis obligare possit ad carceres? Nemo enim inuitus compellitur, vti bonorum cessione. Ergo per talem renunciationem reditur ad ius vetus, quo incarceratio debitoris permissa erat. Immo quem latet, quotidie in cambiis se obligare debitores ad carceres (1302).

Obs. 752. ad §. VIII.

Denegat) In Saxonia tamen nobilibus conceditur. Quod magis ex moribus & obseruantia deducendum est, quam ex lata

(1299) *l. 1. C. h. t.*
(1300) *l. pen. C. de Pactis.*
(1301) Infra *Obs. 754.*
(1302) STRYCK *Caut. Contract. sect. 2. Cap. 1. §. 39.* IDEM *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 4.* OLEARIVS *Diss. de renunciatione cessionis bonorum a debitore facta.*

ta lege (1303). Ciuitatibus idem priuilegium tribuit CARPZOVIVS (1304). Sed multis ex rationibus id in dubium vocat HORNIVS (1305).

Obs. 753. ad §. XI.

Non infamat) Semper enim supponitur, debitorem dolose bonis lapsum non esse. Non tamen vbique sine ignominia dimittuntur illi, qui bonis cedunt. Debent enim in nonnullis locis vestem vel pileum ab aliis distinctum gestare. Sic lata fertur a Parlamento Parisiensi anno 1582. sententia, qua condemnati fuerunt ii, qui bonis cesserunt, licet sine fraude, vt vterentur pileo viridi, quem ipsis creditores subministrare deberent, adeo, vt si sine hoc deprehenderentur, in carcerem reduci possint. Ita quoque Francofurti ad Mœnum illi, qui bonis cesserunt, per triennium pileum flauum portare tenentur (1306). Quod etiam sancitum est in Saxonia

(1303) WERNHER *Diss. de beneficio competentiæ generatim speciatimque nobilibus concesso.*

(1304) *Part. I. Const. 32. Def. 15. seq.*

(1305) *Diss. de beneficio competentiæ ciuitatibus non competente.*

(1306) REFORMAT. FRANCOFVRTH. *Part.*

xonia quoad eos debitores, qui bona sua malo more amiserunt (1307). In Frisia debitor, si fraudem admisit, per dimidiam horam publicæ ignominiæ exponitur, sententia pectori adfixa (1308). Alibi aliis vtuntur ignominiæ signis (1309).

Obs. 754. ad §. XI.

Non habet) Idem etiam obtinet in Bauaria, Bohemia, Wratislauiæ & vbi iure Lubensi vtuntur (1310).

Liber.

Part I. Tit. 50. §. So setzet, ordnet und will.

(1307) RESOLVT. GRAVAM. *d. a. 1661. Tit.* von Justitien-Sachen §. *78.*

(1308) HVBERVS *Prælect. ad Pandect. h. t. §. 3.*

(1309) THOMASIVS *Diss. de iure circa colores* vom Farben-Rechte *Cap. 5. §. 126.* STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 17.* HILLIGER *ad* DONELLVM *Lib. 27. Cap. 9. lit. H h.* TITIVS *ad* LAVTERBACHII *Compendium Juris h. t. n. 16.* Conf. STRECKER *Diss. de cessione bonorum famam non fugillante.*

(1310) STRYCK *l. c. §. 6. seq.* GIESEBERTVS *Pericul. statutor. Part. 1. Art. 14. n. 346.*

Liber. XLII. Titulus IV.

Quibus ex cauſſis in poſſeſſionem eatur.

Obſ. 755. ad §. I.

Vſu) Scilicet ex regula Germani hanc miſſionem non receperunt, excepto Ducatu Guelpherbytano, Bremenſi, Wurtebergico, Auſtriaco, Bauarico, Megapolitano, Ciuitate Hamburgenſi, Friburgenſi, Wormatienſi (1311).

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. XLII. Titulus V.

De Rebus auctoritate iudicis poſſidendis ſeu vendundis.

Obſ. 756. ad §. I.

Poſſunt) Diſſentit vero CARPZOVIVS (1312), & hos in prima claſſe collocandos

(1311) STRYCK *Vſ. Mod. Pand. h. t.* §. *1. ſeq.* BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſtant. Lib. 2. Tit. 15. §. 14. ſeq.* PVFENDORF *Proc. Luneb. Part. 2. Cap. 3. §. 23.*

(1312) *Part. 1. Conſt. 28. Def. 12. ſeq.*

dos esse putat. Cuius etiam sententia in terris Prussicis probata fuit (1313).

Obs. 757. ad §. II.

Quinque Classes) Secundum plurium Doctorum opinionem quinque classes generales in concursu creditorum formari solent (1314). Quæ sententia multis in locis recepta est. In Saxonia tamen Electorali tres classes saltim in vsu sunt, cum classis secunda & quarta penitus abrogata fuerit (1315). In terris Prussicis octo classes determinatæ sunt (1316). Collocantur vero in prima classe omnes illi, qui res suas in bonis debitoris adhuc extantes ex iure dominii repetunt; in secunda creditores, quibus singulare ius prælationis competit; in tertia illi, qui hypotheca iudicali ac libro Hypothecarum in serta gaudent, welchen eine in das Schuld- und Hypothecquen-Buch eingetragene Hypothec zustehet; in quarta ii, qui iure taciti

(1313) Königl. Preuß. Concurs- und HYPOTHECQVEN-Ordnung §. *132.* COD. FRID. *Part. IV. Tit. 9. sect. 2. §. 33. seq.* Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 7. §. 19.*

(1314) Anleitung zum Proceß *cit. §. 19.*

(1315) ORD. RECOGN. *Tit. 43. 49.*

(1316) COD. FRID. *Part. IV. Tit. IX. sect. 2. §. 33. seq.*

ti pignoris cum priuilegio personali coniuncto instructi sunt, cum tamen illorum ius pignoris libro Hypothecarum insertum non fuerit; in quinta illi, quibus hypotheca siue iudicialis siue tacita absque priuilegio personali competit, quæ autem libro Hypothecarum inserta non est; in sexta creditores, qui sine hypotheca priuilegio personali instructi sunt; in septima ii, quibus creditor hypothecam priuatam seu extraiudicialem constituit; in octaua denique creditores chyrographarii.

Obs. 758. ad §. II.

Tenebatur) Quæ tamen expensæ in Saxonia hoc priuilegio non gaudent (1317). Quod etiam in terris Prussicis obseruatur (1318).

Obs. 759. ad §. III.

Famulorum) Qui scilicet in ædibus & conuictu debitoris operas præstiterunt. Igitur excluduntur illi, qui pro certa mercede extra ædes debitoris laborarunt (1319). Sed in terris Prussicis iure singulari

(1317) CARPZOV. *Part. I. Const. 28. Def. 40.*

(1318) Conc. und HYPOTH. Ordnung §. *137.* COD. FRID. *Part. IV. Tit. IX. sect. 2. §. 53.*

(1319) BRVNNEMANN *Proceff. Concurf. Cap. 5. §. 16.*

lari sancitum est: Nichtweniger sollen auch die ausser dem Hause seyende Professores, Præceptores auf Uniuersitäten und Schulen, Schreib- und Rechenmeister, und die so in der Mattheſi und Ingenieur-Kunst informiren, in dieser Ordnung lociret werden. Omnes itaque hi creditores in secunda classe ponuntur (1320). Excipiuntur tamen magistri, so in Reiten, Tantzen, Fechten, Sprachen, Zeichnen und dergleichen informiren, quippequi in sexta classe collocantur (1321). Interim in Saxonia requiritur, vt famuli tempore mortis testatoris, vel moti concursus adhuc in debitoris conuictu esse debeant. Restringitur etiam prælationis priuilegium ad tres vltimos annos (1322). Idem sancitum est in terris Prussicis, nisi quod priuilegium saltem ad duos annos restrictum sit (1323).

Obs. 760. ad §. III.

Sementarium) Scilicet vltimi anni, quia ex hoc tantum vtilitas ad creditores peruenit. Quod ad eos etiam extendunt, qui pabulum animalibus debitoris præbuerunt,

(1320) COD. FRID. *Part. IV. Tit. IX. sect. 2. §. 57.*
(1321) COD. FRID. *l. c. §. 126.*
(1322) ORD. RECOGN. *Tit. 42. §. 5.*
(1323) COD. FRID. *l. c. §. 55.*

buerunt, vel pascua hunc in finem locarunt. Idem in terris Prussicis dispositum est (1324).

Obs. 761. ad §. V.

Præferantur) Sed in Saxonia Electorali sancitum est, vt funeris expensæ mercedibus famulorum præferantur (1325). Quod etiam in terris Prussicis obtinet (1326).

Obs. 762. ad §. V.

Debeat) Verum plerisque ICtis placuit, non opus esse, extra Saxoniam, vt tempore mortis vel moti concursus adhuc in conuictu debitoris existant (1327). Quod tamen in terris Prussicis omnino requiritur (1328).

Obs. 763. ad §. VI.

Adplicant) Sed minus recte. Argumentum enim a militia palatina ad hodierna officia, licet coniuncta habeant an-

(1324) COD. FRID. *l. c. §. 59.*
(1325) ORD. RECOGN. *Tit. 42. §. 3.*
(1326) Conc. und HYPOTHEC. Ordnung §. *137.*
(1327) BERGER *Elect. ad Ord. Saxon. Tit. 42. Obs. 5.* LVDOVICI Einleitung zum Concurs-Proceß *Cap. 10. §. 19.*
(1328) COD. FRID. *l. c. §. 55.*

nua salaria, non stringit (1329). Idcirco in Saxonia Electorali hoc prælationis priuilegium plane sublatum est (1330). In terris Prussicis ille, so einem Officier zu seiner Krieges-Equipage mit Consens seines Officiers leihet, aber nicht höher, als auf die im Edict vom 4ten Julii 1746. fest gesetzte Summe und Weise, in secunda classe collocatur (1331).

Obs. 764. ad §. VIII.

Credidit) Et specialiter sibi de hypotheca prospexit. Ceteroquin enim priuilegium tantum personale habet (1332). Nec obstat, quod NOV. *97. Cap. 3.* ei hypothecam tribuat, cum enim non exprimat, an expressa, an tacita esse debeat; consequitur, vt propter l. 26. & 34. D. h. t. expressa intelligenda sit.

Obs. 765. ad §. VIII.

Emendam) Cum vero leges de naui solum agant, ex sententia LAVTERBACHII (1333) ad ædificia extendi nequeunt. Sed ædi-

(1329) Per §. *6. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* ANT. MATTHAEI *de Auct. Lib. 1. Cap. 19.*

(1330) ORD. RECOGN. *Tit. 43.*

(1331) COD. FRID. *l. c. §. 65.*

(1332) *l. 26. & 34. D. h. t.*

(1333) *Diss. de priuilegio creditorum personali simplici §. 29.*

ædium si non maior, quam nauium, certe par fauor & æqualis vtilitas est (1334). Igitur leges ex paritate rationis quidem ad ædes, non vero ad alias res extendi debent. Nam denegatur priuilegium iis, quorum pecunia merces tabernariæ adhuc extantes comparatæ sunt (1335).

Obs. 766. ad §. X.

Paraphernalia) In terris vero Prussicis inter bona dotalia & paraphernalia non distinguitur, sed vtrique bonorum generi idem locus adsignatur, ita tamen, vt vxor ratione dotalium a tempore initi matrimonii, ratione paraphernalium vero a tempore illationis hocce priuilegio gaudeat (1336). Cum autem in dubio bona præsumantur paraphernalia, cauta sit vxor, vt in quietantiis exprimatur: daß sie dieses als Ehe-Geld eingebracht (1337). Ceterum vxor ratione bonorum dotalium & paraphernalium ob ius tacitæ hypothecæ

(1334) *Arg. l. 6. C. de Aedificiis priuatis.*

(1335) *l. 5. §. 17. D. de Tributor. action.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. Spec. 487. Med. 6.*

(1336) COD. FRID. *l. c. §. 77.*

(1337) STRYCK *ad* BRVNNEMANNVM *Proc. Concurs. Cap. V. §. 33.*

cum priuilegio personali coniunctum in quarta classe ponitur, si eius iura libro hypothecarum, dem Hypothequen-Buche, non inserta fuerint (1338), adeoque omnibus creditoribus hypothecariis, quorum ius pignoris dicto libro inscriptum est, quique in tertia classe collocantur, postponitur (1339) Si itaque vxor in tertia classe locum occupare velit, eo videre debet, vt eius iura libro hypothecarum inserantur.

Obs. 767. ad §. XI.

Extat) Sed Jure Lubecensi hoc casu deponens omnibus creditoribus hypothecariis præfertur (1340).

Obs. 768. ad §. XII.

Fundo) Si enim fundi restrictiue mentio facta sit; alimentario in eo ius taciti pignoris tribuunt. Sed contrarium patet ex l. 81. §. 1. D. de contrah. emtion. Nec obstat l. 2. §. 1. de aliment. legat. Fiscus enim ibi iure heredis alimenta præstare iubetur (1341).

Obs.

(1338) COD. FRID. *l. c. §. 77.*
(1339) COD. FRID. *l. c. §. 68. & 69.*
(1340) JVS LVBECENS. *Part. 3. Tit. 1. Art. 12.* ibique MEVIVS *n. 24. seq.*
(1341) SCHILTER *Exerc. 39. §. 96.*

Obs. 769. ad §. XIII.

Prospexerit) Si enim de ea sibi prospexit, in prima classe locatur (1342). Ceterum hoc priuilegium personale simplex, quod iure Ciuili creditoribus quibusdam indulgetur, ibidem plane sublatum est (1343).

Obs. 770. ad §. XIII.

Adiudicantur) Nam accessorium sequitur naturam sui principalis (1344). Sed in terris Prussicis cum sorte saltem trium vltimorum annorm vsuræ adiudicantur. Reliquæ enim vsuræ, postquam omnibus creditoribus de sorte satisfactum est, soluuntur, saluo tamen retorsionis iure (1345). In Ducatu Calenbergico & Grubenhagensi vsuræ non cum sorte, sed demum omnium creditorum sorte soluta, adiudicantur (1346). Idem obtinet in Ducatu Guel-

(1342) ORD. RECOGN. *Tit. 42. §. 7.*

(1343) Supra *Obs. 757.*

(1344) **Anleitung zu Referirung der Acten** *Cap. 3. Not. 164.* SCHNADERBACH *Diss. de petendis ex concursu vsuris.* MOEGLING *Diss. de fauore dubio vsurarum in concursu creditorum.*

(1345) COD. FRID. *l. c. §. 28.*

(1346) CONSTITVTIO ERNESTI AVGVSTI ELECTORIS *d. a. 1688. d. 13. Febr.*

ferbytano (1347). Sed in Ducatu Cellensi ius commune obtinet, & vsuræ cum sorte in eadem classe collocantur, nec earum cursus sistitur moto concursu (1349).

Obs. 771. ad §. XIII.

Constituta) Verum in Saxonia Electorali in debitis consensu iudiciali munitis eoque ad solam sortem non restricto, vsuræ trium annorum, & quæ durante concursu currunt, cum sorte adiudicantur. Sed consensu iudiciali deficiente, vsuræ, omnibus creditis exsolutis, demum pro rata soluuntur. Postquam vero sententia prioritatis in rem iudicatam transiit, etsi ratione prioritatis aliquid dubii supersit, in creditis liquidis vsuræ rei iudicatæ in eadem classe cum sorte soluuntur (1350).

Liber.

(1347) CONSTITVTIO AVGVSTI WILHELMI *d. a. 1714. d. 20. Augusti.*

(1348) Per CONSTITVTIONEM *d. a. 1716. d. 5. Octobr.*

(1349) PVFENDORF. *Proc. Luneburg. Part. I. Cap. 4. §. 38. seq.*

(1350) ORD. RECOGN. *Tit. 46. §. 3. Tit. 50.*

Liber. XLII. Titulus VI.

De

Separationibus.

Obſ. 772. ad §. III.

C*reditores)* Maxime chirographarii. Hypothecarii enim, quippequi iure pignoris ſatis muniti ſunt (1351), eo remedio non indigent. Niſi heredis creditores prælationis iure gaudeant, veluti vxor ratione dotis, famuli ratione reſiduæ mercedis (1352).

✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲

Liber. XLII. Titulus VII.

De

Curatore bonis dando.

Obſ. 773. ad §. II.

M*aioris)* Non tamen maior pars ex numero creditorum, ſed ex quantitate eius, quod ipſis debetur, æſtimatur. Si vero

(1351) *l. 2. 9. C. Qui potior. in pignor.*
(1352) LAVTERBACH *Diſſ. de ſeparationibus Cap. 3. §. 8.*

creditores de certa persona inter se conuenire nequeunt, iudex ex officio curatorem bonorum constituere tenetur (1353). Quod etiam in terris Prussicis ita seruatur (1354). In Saxonia Electorali & Principatu Altenburgico curator bonorum semper a iudice ex officio constituitur (1355). In Saxonia Electorali curator bonorum iureiurando ad fidem & diligentiam se obligare debet (1356). Sed in terris Prussicis sufficit, si idem manu stipulata loco iurisiurandi promittat (1357).

Obs. 774. ad §. III.

Concurrit) Plerumque enim ad parcendum sumtibus vtriusque curatoris officium vni committitur (1358). Et idem quo-

(1353) Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 7. §. 4.*

(1354) COD. FRID. *Part. IV. Tit. 9. sect. 1. §. 2. sect. 2. §. 12.*

(1355) ORD. RECOGN. *Tit. 41. §. 1.* Altenburgische erläuterte Proceß-Ordnung *Part. 1. Cap. 37. §. 4.*

(1356) ORD. RECOGN. *cit. §. 1.*

(1357) Königl. Preuß. Concurs- und HYPOTHECQVEN-Ordnung §. *100.*

(1358) MENCKEN *Proc. Tit. 41. §. 3.* Anleitung zum Proceß *l. c. §. 6.* Conf. HERTEL

quoque in terris Prussicis fieri debet (1359).

Liber. XLII. Titulus VIII.

Quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur.

Obs. 775. ad §. IV.

Tenetur) Si hæc alienatio facta est, postquam creditores in possessionem missi sunt, actio Pauliana realis est. Oritur enim ex iure seu pignore Prætorio, quod creditores per missionem in bonis oberati consecuti sunt (1360). Sed alienatione facta bonis nondum possessis, actio est per-

TEL *Diss. de differentia curatorum litis & bonorum.* MANZEL *Diss. de officio actoris communis in concursu creditorum.*

(1359) Concurs- und HYPOTH. Ordnung. §. *99.*

(1360) *§. 6. Inst. de Actionib. l. 26. D. de pignor. Action. l. 2. Qui potior. in pignor.*

ſonalis & ex facto illicito id eſt maleficio oritur (1361).

Liber. XLIII. Titulus I.

De

Interdictis, ſiue extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.

Obſ. 776. ad §. I.

D*abat*) Sed in re dubia & altioris indaginis dabat iudicem (1362). Tempore Juſtiniani vero omnia iudicia extraordinaria erant (1363), ſicque ipſe magiſtratus cognoscebat, neque interdicto reddi-

(1361) *l. 38. §. 4. D. de vſur.* STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 5.* Conf. MENCKEN *Diſſ. de actione Pauliana.* HENR. NETTELBLADT *Diſſ. de Paulianæ actionis vero fundamento, obiecto & eius duratione.* KNEVSEL *Diſſ. de actione Pauliana.*

(1362) *l. 41. §. 1. D. de vi & vi armat. l. 15. §. 7. D. Quod vi aut clam.*

(1363) *l. fin. C. h. t.*

reddito dabat iudicem pedaneum, licet res esset altioris indaginis. Hinc actiones, quæ pro interdictis competunt, dicuntur extraordinariæ.

Obs. 777. ad §. III.

Suspensiua) Scilicet quoad effectum suspensiuum. Nam quoad deuolutiuum adpellationi locus est (1364). Quod etiam in terris Prussicis obtinet (1365). In possessorio vero ordinario appellatio quoad vtrumque effectum admittitur (1366).

Obs. 778. ad §. V.

Debet) Nisi possessorium cum petitorio cumuletur in eodem libello. Quod permittitur in possessorio acquirendæ & recuperandæ possessionis, non vero retinendæ. Falsi enim sunt, qui hanc cumulationem admittunt. Licet enim eorum sententia a CYNO tam vera fuerit dicta, sicut Euangelium; tamen a BALDO ita falsa fuit vocata, sicut Judas Iscariot. Nam retinendæ remedium ei datur, qui possidet, e contra petitorium ei, qui non possi-

(1364) Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 4. §. 17.*
(1365) COD. FRID. *Part. IV. Tit. 3. §. 21.*
(1366) LVDOVICI Einleitung zum *Ciuil-Proceß Cap. 2. §. 25.*

possidet (1367). Igitur si vtrumque cumularet actor, manifesto sibimet contradiceret, adserendo, se possidere & non possidere. Immo institui nequit petitoria actio, nisi antea exploratum sit, vtrius sit possessio (1368). Id autem exploratur Interdicto vti possidetis. Quod si itaque non, nisi hoc finito, actioni petitoriæ locus sit: consequens est, vt cumulari nequeat (1369).

Obs. 779. ad §. V.

Constet) Vt vlterior probatio sit frustanea. Igitur aliud dicendum est, si petitorium adhuc sit turbidum, & parti aduersæ reprobatio & defensio salua esse debeat (1370).

Liber,

(1367) §. 2. *Inst. de Actionib.*

(1368) §. 4. *Inst. h. t. l. 3. C. cod. l. 3. C. de rei vindicat.*

(1369) HENRICVS A COCCEJI *Diss. de cumulatione petitorii & possessorii §. 32. seq.* HVBERVS *Prælect. ad Inst. h. t. §. 10.* BOEHMERVS *Jur. Eccl. Protest. Lib. 2. Tit. 12. §. 1. Diss. nostra de Apprehensione possessionis Præside* GASSERO *habita Cap. 4. §. 10.* ZEPPER *Diss. de Interdictis & cumulatione petitorii cum possessorio.*

(1370) B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 4.* Anleitung zum Proceß *Lib. III. Cap. 4. §. 16.* COD. FRID. *Part. IV. Tit. 3. §. 9. 10. 11.*

Liber. XLIII. Titulus II.

Quorum bonorum.

Obſ. 780. ad §. I.

Interdictum) Quod dabatur bonorum poſſeſſori ſeu heredi prætorio. Vtile etiam extenſum fuit ad heredem ciuilem (1371); immo hodiernis moribus ad heredem conuentionalem & feudalem, etſi quoad ſucceſſionem feudalem ratio iuris repugnet. Succeſſio enim in feudum non iure hereditario, ſed ſingulari competit, vt ſic magis rei vindicatio locum habeat (1372).

Liber. XLIII. Titulus III.

Quod Legatorum.

Obſ. 781. ad §. I.

Adprehendit) Antequam ſcilicet heres adiit hereditatem (1373). Nam ſi legatarius poſt aditam hereditatem & adpre-

(1371) *l. 1. 3. C. h. t.*
(1372) BOEHMERVS *de Actionibus ſect. 2. Cap. 3. §. 4.*
(1373) *l. 1. §. 11. D. h. t.*

prehensam ab herede possessionem rem legatam occupet: heres contra eum remedio spolii pro recuperanda possessione experitur, & nec ad probationem eius, quod interest, nec ad satisdationem compellitur. Restituta autem re legata denegatur ei actio legatorum (1374).

Liber. XLIII. Titulus XVI.

De

Vi & vi armata.

Obs. 782. ad §. III.

D*atur)* Cum iure Ciuili hoc remedium contra solum deiicientem competat; Pontifex Innocentius III. illud ad tertium, qui mala fide nactus est possessionem, extendit (1375). Sed fecit interpretum imperitia, vt contra tertium bonæ fidei possessorem nouum remedium spolii ex Can. redintegranda 3. Caus. 3. Qu. 1. exsculperent. Licet vero hunc canonem aperte suppositititium esse, euidenter demonstrauerit BOEHMERVS (1376): tamen error

(1374) *l. 5. C. de Legat.*
(1375) *cap. 18. X. de restitut. spoliat.*
(1376) *Jur. Eccles. Protest. Lib. 2. Tit. 13. §. 7. seq.*

ror fere ius fecit, adeo, vt non desint, qui eum in foro triumphare asserant, der Rechtslehrer beständigen Meinung nach (1377). Sed non desunt etiam alii, qui hanc opinionem explodunt, & rationibus ac præiudiciis euincunt, aduersus tertium bonæ fidei possessorem hoc remedium non competere (1378).

Obs. 783. ad §. IV.

Viget) Ex sententia scilicet quorundam ICtorum. Nam ostendit SCHILTERVS (1379), hanc pœnam legibus Germanorum & Saxonum semper obtinuisse. Quod etiam probant præiudicia apud BOEHMERVM (1380).

Liber.

(1377) ZIEGLER *ad can. redintegranda 3. Cap. 4. in annexis præiudiciis.* MEVIVS *Part. 4. Dec. 69. Part. 8. Dec. 382. seq.*

(1378) GAILIVS *Obseruat. Lib. 2. Obs. 75. n. 11.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 7. Diss. cit. de apprehensione possessionis Cap. 4. §. 12.*

(1379) *Exerc. 11. §. 14.*

(1380) *Diss. de pœna ius sibi dicentis sine iudice Cap. 2. §. 7. seq.*

Liber. XLIII. Titulus XVII.

Vti possidetis.

Obs. 784. ad §. II.

Possideat) Non enim de qualitate possessionis disceptatur, sed tantum de turbata possessione quæritur, & summatim cognoscitur, vter litigantium in præsenti possideat. Igitur ad vltimum possessionis actum quietum respicitur, & actus turbatiuus, qui liti causſam dedit, non attenditur (1381).

Liber. XLIII. Titulus XVIII.

De

Superficiebus.

Obs. 785. ad §. II.

Dominium) Vnde etiam seruitutes superficiei imponere, & ipsam superficiem vel vsumfructum alteri legare, donare, pignori obligare non prohibetur (1382).

Liber.

(1381) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 2. Tit. 12. §. 7. seq.* Anleitung zum proceß *Lib. 3. Cap. 4. §. 3. 5.*

(1382) *l. 1. §. 3. seq. D. h. t.* HERTIVS *Diss. de iure superficiei & solario.* Videatur tamen SIEGEL *Diss. de iure superficiario reali quidem, ad dominium vtile vero haud trahendo.*

Liber. XLIII. Titulus XX.

De

Aqua quotidiana & æstiua.

Obs. 786. ad §. II.

Ducitur) Hoc casu interdictum mixtum est. Titulus enim simul doceri debet, cum ei soli competat, cui ex castello aquam ducere princeps permisit (1383).

✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲

Liber. XLIII. Titulus XXV.

De

Remissionibus.

Obs. 787. ad §. I.

Queat) Cum igitur post hanc remissionem ædificans non amplius impediri debeat: consequitur, vt si alter hoc nihilominus faciat, contra eum hoc interdictum detur (1384).

(1383) *l. 1. §. 40. 42. D. h. t.*

(1384) GAILIVS *Obseruat. Lib. 1. Obs. 16. n. 18.*

Liber. XLIII. Titulus XXVI.

De

Precario.

Obſ. 788. ad §. IV.

Conceditur) Sed obſeruat FRENEVS (1385), quod precariæ interdum ad heredem primum, ſecundum, tertium, quartum extenſæ fuerint. Quod vero pactum adiici ſoleat, vt certo tempore renouatio fiat, ideo placuit, ne ex ſilentio aliqua præſcriptio obtendi poſſit (1386).

❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀ ❀

Liber. XLIII. Titulus XXX.

De

Liberis exhibendis item ducendis.

Obſ. 789. ad §. I.

Inuitum) Contra eos enim ſolum datur, qui liberos inuitos detinent. Vnde ſi ſpon-

(1385) *Gloſſario voce precaria p. 398.*

(1386) BLVMBACHER *de iure emphyteutico, vitalitio & iure precariæ,* Frey-Stiffts-Recht. BVRI Erläuterung des Lehn-Rechts *Part. I. p. 1180. ſeq.* EICHELIVS *Diſſ. de precariis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0462
DFG

sponte ad aliam religionem transierunt, & sic ab aliis detinentur, hoc interdictum locum non habet. Modo ea ætate sint liberi, vt quod agunt intelligant (1387).

Liber. XLIII. Titulus XXXIII.

De

Saluiano Interdicto.

Obs. 790. ad §. III.

Debeat) Sed cum diserte in cit. lege 1. C. dicatur, actionem seruianam vtilem aduersus emtorem exercendam esse: verius videtur, in cit. lege 1. D. per extraneos intelligi conductores, qui respectu creditorum, quibus res obligatæ sunt, extranei dicuntur. Sed vsu fori interdictum saluianum vtile contra quemuis possessorem locum habere, monet BERGER (1388).

(1387) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t.* §. 2. *seq.*

(1388) *Oeconom. iur. Lib. 2. Tit. 5. §. 12. n. 2.*

Liber. XLIV. Titulus. I.

De

Exceptionibus, præscriptionibus & præiudiciis.

Obs. 791. ad §. II.

Facti) Sed huius discriminis vsus est nullus, cum nihil interſit, ipso iure quis actionem non habeat, an ea per exceptionem infirmetur (1389). Inprimis hoc hodie obtinet. Nam exceptiones peremtoriæ ex regula reſeruantur probationi, ſiue ſint iuris, ſiue facti. Si vero litis ingreſſui impediendo ſtatim ab initio opponi poſſunt, non quæritur an iuris ſint, an facti, ſed an ex legis diſpoſitione ſtatim opponi & in continenti probari queant.

Obs. 792. ad §. VII.

Poſſunt) Vulgo tantum tres admittunt, puta rei iudicatæ, transactæ & iureiurando extraiudiciali deciſæ (1390). Sed Pontifex tantum duarum mentionem facit

(1389) *l. 112. D. de reg. iur.*

(1390) Per *cap. 1. X. de litis conteſtatione in 6to.*

cit, omissa iurisiurandi exceptione, generatimque subiicit litis finitæ exceptionem, quæ non tantum comprehendit exceptionem iurisiurandi, sed alias quoque, vt præscriptionis, solutionis, compensationis omnesque ceteros modos, qui ipso iure tollunt actionem & sic etiam litem (1391). In terris Prussicis huc spectant exceptio solutionis, rei iudicatæ, transactionis, compensationis, præscriptionis, legitimationis ad causſam (1392), und daß es eine Spiel-Schuld, oder die Schuld daher rühre (1393).

Obs. 793. ad §. X.

Nego) Idem obtinet, si reus, actione negatoria conuentus, dominium actori neget. Si enim actor dominium demon-

(1391) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib. 2. Tit. 25. §. 9. seq.* Anleitung zum Proceß *Lib. 1. Cap. 7. §. 4.* BEHRENS *Diss. de exceptionibus litis finitæ & litis ingressum impedientibus.* PERILLVSTRIS CARRACH *Diss. de exceptionibus litis ingressum impedientibus iustitiæ impedimentis.*

(1392) PERILLVSTRIS CARRACH *Diss. de Exceptione legitimationis ad causſam.*

(1393) COD. FRID. *Part. III. Tit. 10. sect. 2. §. 10.*

strare nequit, reus absoluitur, nec probatione seruitutis opus habet. Vnde pronunciatur: Dieweil Beklagter auf die Klage geantwortet, und Klägers Eigenthum an den libellirten Grundstück verneinet: so ist ermeldter Kläger solches, Beklagtens Gegen-Bescheinigung und andere rechtliche Nothdurft vorbehältlich, beyzubringen schuldig (1394).

Liber. XLIV. Titulus III.

De

Diuersis temporibus, præscriptionibus, & de accessionibus possessionum.

Obs. 794. ad §. II.

Negatoria) Quod ita accipiendum est, vt si per X. annorum spatium alteri seruitutem exercenti non contradicat possessor, eo elapso vero prouocet ad naturalem

(1394) WERNHER *Principia Jurisprudentiæ formularia Cap. 3. §. 20.*

ralem libertatem, exceptione præscriptionis submoueatur.

Obs. 795. ad §. VI.

Finiuntur) Sunt qui particulam semper in l. 10. D. ad Leg. Pompei. de Parricid. non absolute, sed comparate, quatenus scilicet opponitur quinquennio, intelligi volunt (1395). Sed cum in cit. lege 10. generaliter parricidii accusatio semper permittatur, ad vicennium restringi nequit. Licet vero phrasin in lege 19. §. 1. D. ad Leg. Cornel. de Falsi. nulla temporis præscriptione excludi, etiam pariter breuioribus præscriptionibus, quæ sunt infra vicennium, opponendam putent; tamen cum reliqua falsi crimina vicennio præscribantur, hoc vero nullo temporis præscriptione tolli dicatur, longius vicennio spatium admittendum est. Crimen denique apostasiæ, de quo agit cit. l. 4. C. de Apostas. est crimen continuatum, in quo præscriptio non currit, nisi a tempore cessantis delicti (1396).

(1395) Ob *l. 13. D. de SCto Silaniano.*

(1396) STRYCK *de actionib. forens. inuestig. Sect. 3. Membr. 2. Ax. 5. n. 12. seq.*

Obſ. 796. ad §. VI.

Addunt) Sed minus recte, cum iura ſingularia non producantur (1397).

Obſ. 797. ad §. VII.

Ignorat) Licet enim iure Ciuili heres ſuccedat in malam fidem defuncti: tamen cum ius Canonicum ſequamur, quod non fictam, ſed veram malam fidem requirit, conſequitur; vt ſi heres debiti ignarus per 30. annos interpellatus non fuerit, actio præſcripta ſit (1398).

Liber. XLIV. Titulus IV.

De

Doli mali & metus exceptione.

Obſ. 798. ad §. III.

Tutus) Exceptio doli eſt mere perſonalis, & hinc ei tantum, qui dolum com-

(1397) STRYCK *l. c. n. 19.*

(1398) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 3.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. Tit. de vſurpat. & vſucap. Qu. 30.* Conf. MENCKEN *Diſſ. an requiratur bona fides in præſcriptione actionum perſonalium.*

commisit, opponi potest. Sed exceptio dicitur in rem scripta & proinde cuicunque, qui rem metu promissam petit, obstat, si vel maxime ipse metum alteri non intulerit (1399).

Liber. XLIV. Titulus VI.
De
Litigiosis.

Obs. 799. ad §. II.

Actionem) Rationem reddunt, quia mutato aduersario, caussa rei plerumque durior fit, & leges præsumunt, alienationem vexandi gratia factam fuisse (1400). Igitur exulat pœna, si quis bona fide animo declinandi litis molestias id faciat, cum non vituperanda sit verecunda eius cogitatio, qui lites execratur (1401).

(1399) ZANGER *de Exceptionibus Part. III. Cap. 13. n. 991.*

(1400) BRVNNEMAN *de cessione actionum Cap. 4. n. 10.*

(1401) *l. 4. §. 1. D. de alienat. iudic. mut. causs.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 518. Med. 1.*

Liber. XLIV. Titulus VII.

De

Obligationibus & Actionibus.

Obſ. 800. ad §. I.

Vinculum) Obligatio metaphorice dicitur vinculum, quia iuſſus imperantis voluntatem ciuium conſtringit. Alias obligationem definimus, quod ſit neceſſitas per imperantem legitime impoſita ſecundum leges viuendi.

Obſ. 801. ad §. V.

Vocantur) Præiudicium enim faciunt eiusmodi actiones aliis quæſtionibus, quia pro diuerſo hominum ſtatu variant. Et ſunt 1) affirmatiuæ, quibus actor ſibi ſtatum adſerit; 2) negatiuæ, quibus alteri ſtatum, in cuius poſſeſſione in præiudicium actoris eſt, negat (1402).

Obſ. 802. ad §. VII.

Judicat) In bonæ fidei iudiciis iudex quidem etiam adiudicat, quæ verbis non ſunt expreſſa, ex bono tamen & æquo deben-

(1402) BOEHMERVS *de Actionib. ſect. 2. Cap. 2.*

debentur, licet sint in iure determinata, v. g. vsuræ, præstatio euictionis. Sed in arbitrariis, quæ sunt incerta & indefinita, pro arbitrio determinat, & reum rem vel eius æstimationem restituere nolentem in maius condemnat (1403).

Obs. 803. ad §. X.

Delicto) Sed actiones rei persequendæ caussa comparatæ heredibus & contra heredes competunt, nec distinguunt leges, vtrum sint ex contractu, an ex maleficio (1404).

Liber. XLV. Titulus I.

De

Verborum obligationibus.

Obs. 804. ad §. II.

Nequit) Cum inuentæ sint stipulationes & obligationes, vt vnusquisque acqui-

(1403) BOEHMERVS *l. c. sect. 1. Cap. 3. §. 48. seq.*

(1404) *l. 9. D. de condict. furtiu. §. 9. Inst. ad Leg. Aquil.* VINNIVS *ad §. 1. Inst. de perpetu. & tempor. action.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Qu. 11.*

quirat, quod sua interest (1405). Igitur fecit subtilitas Juris Romani, vt promissio ab eo, in cuius fauorem facta erat, ratihabita, promittentem non stringat. Quod tamen moribus secus est (1406).

Liber. XLV. Titulus II.

De

Duobus reis constituendis.

Obs. 805. ad §. I.

Correi) Ita dicuntur a re, quatenus nimirum vnam eandemque rem stipulantur, aut promittunt.

Obs. 806. ad §. I.

Potest) Sine verborum solennitate, quippequæ hodie sublata est. Sunt vero correi debendi, qui se obligant, alle vor einen und einer vor alle. E contra correi credendi vocantur, quibus promittitur allem vor einen und einem vor alle.

Obs.

(1405) *l. 38. §. 17. D. h. t.*

(1406) REIER *Diss. de iure ex acceptatione promissi pro altero facta §. 21. seq.*

Obs. 807. ad §. III.

Subsidium) Agit quidem cit. NOVELL. 99. Cap. 1. de iis, qui mutua fideiussione pro se inuicem interuenerunt. Igitur hæc lex non pertinet ad omnes correos in genere, sed ad fideiussores solum (1407). Interim vsus fori ob AVTH. *Hoc ita C. h. t.* omnibus correis hoc beneficium indulget (1408). Quo ipso vero otiosa haud est correalis obligatio, quippequæ, si beneficio diuisionis renunciatum sit, vel correi soluendo non sint, effectum sortitur.

Obs. 808. ad §. III.

Vtili) Cum inter correos qua tales nullum negotium gestum sit, mero iure fieri nequit, vt actio inter illos nascatur. Lex 2. vero C. h. t. aperte agit de eo casu, si pecunia in communes vsus impensa sit (1409). Sed vsu forensi ex æquitate actio negotiorum vtilis, vel condictio ex l. 32. D. de Reb. Cred. indulgetur (1410).

Liber.

(1407) FRANZKIVS *Excerc. 10. Qu. 3.*

(1408) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 5.* HENRICVS A COCCEJI *de Caut. correor. §. 53.*

(1409) HVBERVS *Prælect. ad Inst. h. t. §. 2.*

(1410) STRYCK *Vs. Mod. Pand. h. t. §. 3.* HOHEISEL *Diss. de correis eorumque mutua actione.*

Liber XLVI. Titulus I.
De
Fideiussoribus & Mandatoribus.

Obs. 809. ad §. VI.

Clerici) Sed cit. NOV. *123. Cap. 6.* non omnem damnat clericorum fideiussionem, sed illam tantum, quæ pro exactionibus fiscalium functionum, aut conductione publicarum & alienarum possessionum aut curatione domus aut procuratore litis suscipitur. Igitur cum Imperator saltem nullam declarauerit clericorum fideiussionem pro memoratis caussis factam: consequitur, vt regulariter ex fideiussionibus obligentur clerici, & exceptio in casibus non exceptis firmet regulam. Nec obstat cit. cap. 1. X. h. t. Nam ipsa lectio adhuc dubia & anceps est, dum alii legunt fideiussoribus, alii fideiussionibus inseruiens, & præterea ibi sermo esse videtur de iis clericis, qui fideiussiones conciliant, procurant & instar proxenetarum sunt. Accedit quod cap. 2. 3. X. eod. Pontifex supponat, validam fuisse clericorum fideiussionem (1411).

Obs.

(1411) BOEHMERVS *Jur. Eccles. Protest. Lib.*

Obs. 810. ad §. VII.

Quæstio est) Immo in atrocioribus delictis, si reus fugitiuus est & saluum conductum petit, etiam fideiussor admittitur, scilicet pro cautione de iudicio sisti (1412).

Obs. 811. ad VII.

Non possit) Si scilicet dos ab ipsa vxore data sit. Nam alii, qui dotem dant, eos petere haud prohibentur (1413).

Obs. 812. ad §. VIII.

Non posse) Id est vt vel re, vel tempore aut caussa plus debeat, quam reus principalis (1414). Efficacius eum arctiorique vinculo constringi potest per hypothecam, iusiurandum, pœnæ adiectionem instrumentaque paratæ executionis.

Obs.

Lib. III. Tit. 22. §. 3. seq. KELIVS *Diss. de fideiussione clericorum protestantium pro laicis.*

(1412) HAHN *ad* WESENBECIVM *h. t. n. 4.* WIEGERVS *Diss. de fideiussoribus in caussa criminali.*

(1413) MEVIVS *Part. 2. Dec. 367.* BRAVNIVS *Diss. de fideiussore pro dote interueniente.*

(1414) *l. 8. §. 7. D. h. t.* CONRADI *Diss. de fideiussore in maiorem summam, quam quæ debetur, adhibito.*

Obſ. 813. ad §. IX.

Perpetuat) Sed ſi volente creditore prorogatio facta ſit, ad vſuras poſt prorogationis tempus non tenetur fideiuſſor, quippecui quidem nocet prorogatio ad perpetuandam, non vero ad augendam obligationem (1415).

Obſ. 814. ad §. XI.

Mercator eſt) Ceſſat denique, ſi ſtatutis aliud ſancitum ſit. Ita iure Lubecenſi, Auſtriaco, Ditmarſico, Norimbergenſi, Wratislauienſi non iuuatur fideiuſſor excuſſionis beneficio (1416). Immo olim beneficium excuſſionis ſiue ordinis ignorarunt Germani, & fideiuſſorem conuentum non ordinis, ſed ſolutionis exceptione ſe tueri poſſe exiſtimarunt (1417). Quod etiam indicat Paroemia: Bürgen ſoll man würgen (1418). Licet etiam de iure Romano heredes fideiuſſoris teneantur (1419): obligatio tamen ex fideiuſſione mini-

(1415) *l. 54. D. Locati.* STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 11.*

(1416) HERING *de Fideiuſſoribus Cap. 29. n. 230. ſeq.*

(1417) SCHILTER *Exerc. 48. §. 21. ſeq.* SOMMER *Diſſ. de fideiuſſoribus beneficio ordinis non gaudentibus.*

(1418) HERTIVS *Lib. 1. Paroem. 49.*

(1419) *l. 12. 49. D. de Obl. & Act. l. 4. §. 1. D. h. t. l. 24. C. eod.*

minime ad heredes defuncti transit legibus Normannorum (1420). Quo iure etiam hodie in nonnullis prouinciis vtuntur, & a fideiussionis nexu liberant heredes, quorum mentionem non fecit defunctus, veluti in Bohemia (1421), Ducatu Mecklenburgico (1422), Mulhusæ (1423), Erfurthi (1424), Monaci (1425). Quamuis vero eandem consuetudinem in terris Luneburgensibus vigere tradat CLAMMERVS (1426): tamen certum est, hodiernis moribus teneri heredes ex fideiussione defuncti (1427).

(1420) DE LVDEWIG *ad Leges Normannorum Tom. VII. Reliquiarum p. 264. 309. seq.*

(1421) HERING *l.c. Cap. 20. §. 10. n. 81. seq.* CARPZOV. *Part. 2. Const. 20. Def. 4.*

(1422) TORNOVIVS *de Feudis Mecklenburgicis Cap. 3. sect. 4. p. 551.*

(1423) STAT. MVLHVS. *Lib. 3. Art. 67. §. 1. 2.*

(1424) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 14.*

(1425) CLINGENSPERG *Colleg. Inst. Qu. 6.*

(1426) *Promptuar. Jur. Lib. 3. Tit. 34.*

(1427) PVFENDORF *Proceff. Luneburg. Lib. 3. Cap. 22. §. 16. p. 339.* FRESE *Diss. de nexu heredum ex fideiussione defuncti Cap. 2. §. 6. seq. Præside* MANZELIO *Rosto-*

Obs. 815. ad §. XIII.

Explicandæ) Et frustra dicitur, quod ista formula non esse debeat otiosa, sed aliquid operari, quia expressio eorum, quæ contractui ex sua natura iam insunt, non potest quicquam operari (1428).

Obs. 816. ad §. XV.

Voluerit) Adeoque fideiussor soluens habeat actionem ex emto quandocunque contra creditorem ad hoc, vt ei præstet actionem (1429).

Obs. 817. ad §. XVII.

Arbitrio) Licet enim sint, qui decennium requirunt: tamen verior est Auctoris sententia. Cum enim Prætor dicit tempus, nec adiicit diem, sine dubio ostendit, esse in ius dicentis potestate, quem diem præstituat (1430).

Liber.

Rostochii habita 1735. a me vero scripta & a Respondente in quibusdam locis corrupta.

(1428) STRYCK *Caut. Contract. sect. 2. Cap. 6. §. 24. seq.*

(1429) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t.* § 27. CARPZOV. *Part. 2. Const. 17. Def. 16.*

(1430) *l. 7. §. 2. D. de iur. deliberand.* THOMASIVS *Diss. de actione fideiussoris antequam soluit §. 70. seq.*

Liber. XLVI. Titulus II.
De
Nouationibus & Delegationibus.

Obſ. 818. ad §. II.

Aſſignatio) Nam in cit. lege fin. C. h. t. clariſſime ſancitum eſt, tunc demum factam eſſe nouationem, ſi creditor ſpecialiter remiſerit priorem obligationem, & hoc expreſſerit, quod ſecundum debitorem magis pro anterioribus elegerit. Igitur, vt delegatio dici poſſit, requiritur, vt nouandi animus perſpicue probetur (1431).

Liber. XLVI. Titulus III.
De
Solutionibus & Liberationibus.

Obſ. 819. ad §. IV.

Velit) Tunc enim præcedente iuſta æſtimatione a magiſtratu facta creditor

(1431) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. Tit. de heredit. vel action. vendit. §. 25.*

prædia in ſolutum accipere cogitur. Poteſt tamen hic optima eligere, & debitor ſemper de euictione cauere tenetur. In REC. IMPER. *d. a. 1654. §. 172.* propter belli calamitatem permittitur datio in ſolutum (1432).

Obſ. 820. ad §. VI.

Erat) Quæ ſententia iuri & æquitati conuenit. Ea enim eſt mutui natura, vt res eiusdem generis in eadem qua accepta bonitate reſtituatur (1433). Igitur materiæ habenda eſt ratio, cum valoris fundamentum ſit, qui pro diuerſitate materiæ diuerſus eſt, & in republica bene conſtituta cum materia iuſtam proportionem habere debet (1434).

Obſ. 821. ad §. XI.

Videtur) Scilicet ſolutum imputatur in fauorem debitoris. Sed hoc caſu in fauorem creditoris fit computatio, ob prohibitum Anatocismum (1435).

Liber.

(1432) STRYCK *Diſſ. de beneficio dationis in ſolutum.*

(1433) *pr. Inſt. Quib. mod. re contrah. obligat. l. 2. §. D. de Reb. Cred.* LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 529. p. 940.*

(1434) COLERVS *de Proceſſu executiuo Part. I. Cap. 10. n. 8.*

(1435) BEIER *ad Inſt. Tit. Quib. mod tollit. obligat. §. 13.*

Liber. XLVI. Titulus IV.

De Acceptilatione.

Obs. 822. ad §. II.

Tollitur) Eosdem enim quos solutio effectus producit depositio. Igitur pecunia 1) incipit esse periculo creditoris, & si 2) post depositionem deualuata fuerit, damnum ex mutatione monetæ proueniens sentit creditor; 3) si creditor retinet chirographum, vindicatione, vel condictione sine caussa repetitur (1436).

Liber. XLVII. Titulus I.

De Priuatis delictis.

Obs. 823. ad §. II.

Illatum) Si conatus per se cerrum crimen constituit, veluti adulterii, stupri attentati, punitur facinorosus prout meretur delictum conando iam commissum.

(1436) *Diss. nostr. de Obsignatione iudiciali Cap. V. §. 1. seq. Edit. Nou. d. a. 1738.*

Sed si conatus in separatam criminis speciem non incidit, vltimo supplicio locus non est, nisi in delictis atrocioribus, veluti incendio, parricidio, assassinio, si ad actum proximum peruentum, licet non semper damnum irreparabile illatum sit (1437).

Obs. 824. ad §. V.

Impuberibus) In dubio vitæ membrisque impuberis parcendum est, nisi malitia ætatem suppleat, quippe quo casu Nemesis Carolina prudentum arbitrio relinquit, an capitali pœnæ vel corporis afflictiuæ locus esse possit (1438).

Obs. 825. ad §. VI.

Ebrius) Requiritur tamen ebrietas summa, quæ omnem rationis vsum suspendit. Modica enim non excusat, sed locus est prouerbio: Was einer trunckener Weise sündiget, muß er nüchtern büssen (1439). Sustulit

(1437) CONST. CRIM. CAR. *Art. 178.* PERILLVSTRIS J. S. F. BOEHMERVS *Element. Jurisprud. criminal. sect. II. Cap. I. §. 24.* STRVVIVS *Obseruat. Criminal. Cap. 8. Obs. 24.* KRESSIVS *Comment. ad* CONST. CRIMINAL. *ad Art. 178. §. 2.*

(1438) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 164.*

(1439) BODINVS *Diss. de iure circa ebrietatem.*

ſtulit tamen ebrietatis excuſationem Rex Pruſſiæ & in crimina ab ebriis commiſſa grauiorem pœnam ſanxit, ſi ſcilicet ebrietas fuerit voluntaria. Nam inuoluntaria omnem imputationem excludit (1440).

tatem. GERDESIVS *Diſſ. de ebrio delinquente.* STEIN *Diſſ. de ebrio delinquente.*

(1440) Erneuertes DVELL-MANDAT *d. a. 1724. Art. XIII.* ibi: Inſonderheit aber haben diejenigen ſich vor andern hiebey in Acht zu nehmen, welche den Trunck nicht vertragen können; und wenn ſie ſich damit überladen, zu Querellen und Zänckereyen geneigt ſeyn und Urſach geben. Denn obzwar bekandt, daß in Rechten zu Zeiten und in gewiſſen Fällen, die übermäßig Trunckene den furioſis, mentecaptis, Wahn- und Unſinnigen gleich geachtet, und die ordinairen Straffen in ſolchen Anſehen gemildert werden: ſo ſollen doch diejenigen dergleichen Mitigation und Linderung nicht zu gewarten, noch ſich damit zu flattiren haben, welche vorſetzlicher Weiſe dieſes Laſter begehen, und ſich dadurch zu dergleichen Brutalitäten und unanſtändigen verbothenen Händeln deſto mehr aufmuntern und erhitzen. Daferne aber iemand in dergleichen Exceſſ unverſehener und zufälliger Weiſe, oder wohl gar wieder Willen und Vorſatz verfallen: ſonſten aber dazu nicht geneigt iſt, ſondern vielmehr einen ſtillen und tugendhaften Wandel führet, auch über dasienige, was bey der Trunckenheit, und da er von ſeinen Sinnen nichts gewuſt, noch ſich ſeiner Vernunft recht gebrauchen können, vorgegan-

Idem quoque in Saxonia Electorali obtinet (1441).

Liber. XLVII. Titulus II.

De

Furtis.

Obs. 826. ad §. III.

Olim) Quæ priuata & solennis rerum furtiuarum inquisitio per lancem & licium facta fuisse dicitur. Quia enim nudi furta conquirebant, ne quid occulte inferrent, licio cincti erant, ad tegendas partes pudendas virginum & matronarum causſa.

Eadem

---

gangen, eine recht hertzliche und ernstliche Reue bezeuget, mit den Beleidigten auch vorhin keine Feindschaft gehabt haben solte: so kann zwar auch in diesen Falle der Delinquent nicht von aller Straffe befreyet seyn; Wir behalten Uns aber bevor, solche nach Beschaffenheit der Umstände, andern zum Exempel zu schärffen, und nach Befinden darüber gnädigst zu verordnen.

(1441) MANDATVM wieder die Selbst-Rache *d. a. 1712. Præfat.* vbi: Insonderheit vor Vollsauffen, als welches, wie es an sich selbst sündlich, also in keinem Verbrechen zur Linderung der Straffe dienen, sondern allenthalben, als ob es vorsetzlich geschehen, angenommen und bestrafet werden solle.

Eadem quoque de causſa, ne ſcilicet faciem conſpiciendam darent ac nosci ſe paterentur a feminis, lancem id eſt laruam vultui aptabant (1442). Verum poſt legem æbutiam dicta rerum furtiuarum inquiſitio ab vſu receſſit (1443), & hodie inueſtigatio ædium, die Haußſuchung, auctoritate iudicis ſemper inſtitui ſolet.

Obſ. 827. ad §. III.

Conueniat) Sufficit tamen ſi v. g. mercatu publico rem furtiuam ſe emiſſe probare poſſit, licet venditorem in ſpecie nominare nequeat, quia tunc ſæpe ab ignotis emitur (1444).

Obſ. 828. ad §. VI.

Teſtificetur) Id requirit *l. 4. §. 1. D. ad Leg. Aquil.* Sed cum intelligatur ex PAVLO (1445), & CICERONE (1446), no-

(1442) AVERRANI *Interpret. Jur. Lib. 1. Cap. 26. n. 5. ſeq.*

(1443) GELLIVS *Noct. Attic. Lib. 16. Cap. 10.* HEINECCIVS *Element. Jur. Ciuil. ſec. ord. Inſt. §. 1059.* WIELINGIVS *Diſſ. de furto per lancem & licium concepto.*

(1444) BRVNNEMANN *ad l. 5. C. h. t.*

(1445) PAVLVS *Lib. 2. Tit. 23. §. 9.*

(1446) CICERO *Orat. pro Milone Cap. 3.*

cturnum furem omnimodo occidere lege XII. Tabularum permissum fuisse, eiusque clamoris nemo veterum meminerit, hanc limitationem TRIBONIANO adscribit SCHVLTINGIVS (1447)

Obs. 829. ad §. VII.

Seditio) Sed frustra sunt, qui cum CARPZOVIO (1448) seditionem ac tumultum requirunt, & in Constitutione Criminali (1449) particulam oder copulatiue accipiunt, ac ascensionem cum effractione armisque coniungunt. Igitur furtum qualificatum committitur, 1) per ascensionem, 2) effractionem, 3) si fur armis lethiferis iustructus sit (1450).

Obs.

(1447) *Jurisprud. Anteiustin. p. 759. n. 8.* HEINECCIVS *syntagmat. Antiquit. Romanar. Tit. de Obligationib. quæ ex delicto* §. 2. Conf. MVLLERVS *Diss. de furis nocturni occisione.* RIVINVS *Diss. de iure vitæ & necis in furem priuato competente.*

(1448) *Practica criminali Qu. 79. n. 5. 6.*

(1449) CONST. CRIM. CAR. *Art. 159.* ibi: So aber ein Dieb iemands bey Tag oder Nacht, in seine Behausung oder Behaltung bricht, oder steiget, oder mit Waffen, damit er iemand, der ihm Wiederstand thun wolte, verletzen möchte, zum stehlen eingehet; solches ist ein gefliessener gefährlicher Diebstahl.

(1450) KRESSIVS *ad cit. Art. 159. §. 5.*

LEY-

Obſ. 830. ad §. VII.

Excedit) Ex mandato Regio nouiſſimo ſuffocatione puniuntur, qui vltra duodecim Imperiales & duodecim groſſos furripuerunt (1451). In terris vero Saxo Vinarienſibus furtum duorum thalerorum magnum atque capitale declaratum fuit (1452).

Obſ.

LEYSERVS *Med. ad Pandect. ſpec. 535. Med. 9. ſeq.* PERILLVSTRIS BOEHMERVS *l. c. ſect. 2. Cap. 13. §. 160.*

(1451) KRAVSE *Diſſ. de eo, quod iuſtum eſt circa pœnam furti §. 25.* ENGAV *Diſſ. de furto Magno §. 18.*

(1452) EDICTVM *d. d. 21. Auguſti 1741.* ibi: Als ſetzen, ordnen und wollen Wir, daß derienige, er ſey ein Haußgenoſſe oder ein Fremder, einheimiſch oder ausländiſch, von Civil- oder Militair-Stande, ſo in Unſern Fürſtenthümern und Landen bey Tage oder Nacht, öffentlich oder heimlich, einen Diebſtahl von zweyen Thalern oder drüber, den Thaler zu vier und zwantzig Groſchen gerechnet, begehen, und deswegen in Unſern Fürſtenthümern und Landen zur Hafft gebracht wird, wenn gleich der Diebſtahl wieder erſetzet wird, ohne Anſehung der Perſon, nach geendigter Unterſuchung, und genungſamen Gehör des Verbrechers, mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraffet werden ſolle. ENGAV *cit. Diſſ. §. 29.*

Obſ. 831. ad §. X.

Famulos) Ordinarie tamen in furto domeſtico pœna vltimi ſuplicii ceſſare ſolet (1453). Niſi legibus prouincialibus aliud ſtatutum ſit. Ita pœna atrocior ſcilicet laquei in fures domeſticos ſancita eſt Jure Brunſuicenſi, ſi furtum quinque Imperialium valorem excedat (1454). Dicuntur vero domeſtici, qui mercede victuque domini fruuntur, modo non ſint infra annum ætatis decimum octauum (1455).

Obſ. 832. ad §. XII.

Operabitur) Sed cum ſecundum Conſtitutionem Criminalem in verbis: Wie ſchädlich der Diebſtahl dem Beſchädigten geweſen (1456), ad damnum læſi reſpiciendum ſit: conſequens eſt, vt reſtitutionis rei a fure factæ ratio haberi debeat eaque pœnam mitiget (1457). Quod tamen de furto ſimplici primo & ſecundo tantum dicendum eſt. Nam ſi furtum ſit violentum

(1453) STRYCK *Vſ. Mod. Pand. h. t. §. 15.*
(1454) ILLVSTRIS AYRER *Diſſ. de furti domeſtici pœna in terris Brunſuicenſibus.*
(1455) PVFENDORF *Proceſſ. Criminal. Luneburg. Cap. 24. §. 40. ſeq.*
(1456) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 160.*
(1457) HOMMEL *Diſſ. de mitiganda furti pœna ob reſtitutionem rei ablatæ §. 10. ſeq.*

tum seu qualificatum, vel tertium, indistincte pœnæ ordinariæ locus erit (1458).

Liber. XLVII. Titulus III.

De Tigno iuncto.

Obs. 833. ad §. II.

Solet) Cum tignum sit res fungibilis, & præterea iure XII. Tabularum saltem detur actio in duplum, si tignum sit furtiuum (1459).

Liber. XLVII. Titulus VIII.

Vi bonorum raptorum & de Turba.

Obs. 834. ad §. II.

Competit) Prætor idcirco læso dedit electionem, an contra raptorem de-

pre-

(1458) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 162.* STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 16.* KRESSIVS *ad Art. 160. §. 2. n. 3.* LVDOVICI *Diss. de restitutione rei furtiuæ.*

(1459) *l. 1. pr. D. h. t. l. 98. §. fin. D. de solutionib.* THOMASIVS *Diss. de pretio affectionis in res fungibiles non cadente Cap. 3. §. 59. seq.*

prehenſum actionem furti manifeſti inſtituere, an eo non deprehenſo in triplum agere, vel poſt annum in duplum quaſi cum fure agere velit (1460).

Obſ. 835. ad §. III.

Punitur) Nec intereſt, ſiue vi rapiant, ſiue metu extorqueant (1461). Licet vero pœna ordinaria etiam propter rem minimam ablatam irrogetur, ob generalitatem Conſtitutionis Criminalis (1462): tamen in Franconia, ſi res exigui pretii rapta, deportationis pœna obtinet (1463), & in Auſtria inferiori quoque ad rei exiguitatem, item ad reiterationem & cum læſo compoſitionem reſpicitur (1464). Ceterum extraordinaria pœna adficitur is, qui alterum ad permutationem ineundam cogit, ſecundum vulgatum illud: Tauſch oder Wechſel iſt

(1460) *l. 52. §. fin. D. de Furtis.* WATER *Obſeruat. Juris Lib.* I. *Cap. 5.*

(1461) MATTHAEI *de Criminibus Lib. 47. Tit. 2. Cap. 3.* STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 5.*

(1462) *Art. 126.* CARPZOV. *Pract. Crimin. Qu. 90. n. 46. 50.*

(1463) KIRCHGESNER *in Tribunali Nemeſis iuſte iudicantis p. 305. n. 5.*

(1464) FROELICH *Comment. ad Conſt. Crim. n. 349.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0490
DFG

ist kein Raub (1465). Nisi grassator talem rem alteri reddiderit, quæ nullam cum re erepta proportionem habet, quippequo casu pœna ordinaria reo infligitur (1466).

Obs. 836. ad §. III.

Contunditur) Si crurifragium simpliciter dictatum est, primo ictu ceruix latronis contunditur, quod vocant, von oben rädern. Nam in pœnalibus in dubio in mitiorem partem facienda est interpretatio. Sed si circumstantiæ delictum aggrauant, primum crura & brachia franguntur, antequam cor & caput contundantur, & hoc dicunt, von unten auf rädern. Vtroque casu corpus rotæ in via publica illigatur (1467).

Liber.

(1465) HERTIVS *Lib. 1. Paroem. 97.*

(1466) CARPZOV. *l. c. Qu. 91. n. 13.* MEVIVS *ad Jus Lubecense Lib. 4. Tit. 2. Art. 1. n. 14.* STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 6.*

(1467) CARPZOV. *l. c. Qu. 128. n. 66.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0491
DFG

Liber. XLVII. Titulus X.

De Iniuriis & famosis libellis.

Obs. 837. ad §. II.

Inuidiam) Huc etiam spectat pictura famosa in alterius contumeliam exarata, quippequæ procul dubio speciem iniuriæ realis constituit, cum verbis non fiat, adeoque ad verbalem referri nequeat (1468).

Obs. 838. ad §. IV.

Debebat) Hinc de iniuria propalata tenetur. Nisi dubitanter & relatiue tale quid dixerit (1469).

Obs. 839. ad §. VI.

Sacerdotes) Licet enim omnia potius emendandi, quam iniuriandi gratia dicta præsumantur; tamen præsumtio cedit veritati, & per contrariam probationem elidi tur (1470).

Obs.

(1468) BRVNQVELL *Diss. de pictura famosa.*

(1469) HERTIVS *Lib. 1. paroem. 98.* THOMASIVS *Casib. Juridic. Part. I. Cas. 5.*

(1470) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 3.* ENGAV *Commentatio de iure principum*

Obſ. 840. ad §. VII.

Sentiant) Sunt enim non ſolum non conſentientes, qui expreſſe diſſentiunt, ſed illi quoque, de quibus probabiliter præſumitur, eos non fore conſenſuros, ſi intelligerent, quid agitur (1471).

Obſ. 841. ad §. XI.

Aeſtimationem iniuriæ) Actio iniuriarum æſtimatoria hodie exulat in iis locis, vbi legibus, vel ſtatutis in ſingula iniuriarum genera certa pœna ſancita eſt. Ita in Saxonia Electorali omnes iniuriarum actiones ex iure Romano vel moribus antea receptæ prorſus abrogatæ ſunt, atque per viam denunciationis, den Rüge-Proceß, proceditur pœnaque irrogatur mandato Electorali definita, vel iudicis arbitrio definienda (1472). Eodem mo-

pum Euangelicorum in oratores ſacros. SIMON *Actiones iniuriarum ſacerdotem concernentes.* TENZEL *Diſſ. de eo quod ſecundum Leges Imp. & Sax. Elect. circa conciones iuſtum eſt.* HEDLERVS *de lasciuis obiurgationibus pro concione*, von Holhippeln, Poltern, und Schmähen auf der Cantzel.

(1471) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 8.*

(1472) DVELL-MANDAT *d. a. 1712. §. 22.* KRAVSE *Tractat. ſynopt. Proceſſ. Lib. 2. Cap. 1. §. 3. ſeq.*

do in terris Prussicis vsus actionis iniuriarum æstimatoriæ sublatus est (1473).

Obs. 842. ad §. XIV.

Habetur) Sed minus recte. Nam 1) priuatus priuato famam eripere nequit, & si eriperetur, non tamen transiret ad iniuriantem, sed periret. Immo si etiam 2) ad eum transiret, tamen actio rei persecutoria non competeret, quippe cui tunc demum locus est, si nobis aliquid abest e patrimonio nostro (1474). Quæ sententia in Saxonia Electorali approbata fuit (1475). Sed extra Saxoniam vulgo pro rei

(1473) Erneuertes DVELL-MANDAT *d. a. 1724. Art. 11.* Conf. KRESSIVS *Diss. de quibusdam obseruantiis æquitati repugnantibus circa Processum Denunciationum in foro Saxonico.* KEMMERICH *Diss. de denunciatione iniuriarum Saxonica.* MENCKEN *Obseruationes circa Processum Saxonicum, quo caussæ iniuriarum peraguntur.* BODINVS *Diss. de abusu æstimationis & moderationis iniuriarum.*

(1474) *l. 35. D. de oblig. & action.* BOEHMERVS *Diss. de iniquitate & iniustitia actionum iniuriarum Cap. 3. §. 19. seq.* B. L. B. DE COCCEJI *Jur. Controu. h. t. Q. 20.*

(1475) CARPZOV. *Part. 4. Const. 42. Def. 3. seq.*

rei persecutoria habetur actio ad palinodiam, & sic cumulatio cum actione iniuriarum pœnali permittitur. Vnde in Camera Imperiali quoque actiones recantatoriæ recipiuntur (1476), quod autem fieri non posset, si esset criminalis (1477).

Obs. 843. ad §. XV.

Retorsionem) In Saxonia tamen Electorali remedium retorsionis prorsus sublatum est (1487). Quod etiam factum in terris Prussicis (1479).

Obs. 844. ad. §. XVI.

Colligitur) Jam enim iniuriatus iniuriam ipsi illatam iniurianti remisisse videtur. Vnde etiam si ægrotans publicam deprecationem per ecclesiæ ministrum e suggestu fecit & iniurias sibi factas remisit, postquam reconualuit, amplius iniuriarum agere nequit. Remissa enim vindicta, etiam actio iniuriarum remissa censeri debet, quia ad vindictam comparata est (1480).

(1476) CARPZOV. *Pract. crim. Q. 94. n. 52.*

(1477) ORDINATIO CAMERALIS *Part. 2. Tit. 22.*

(1478) DVELL-MANDAT *d. a. 1712. §. 22.*

(1479) Erneuertes DVELL-MANDAT *d. a. 1724. Art. 11.*

(1480) Conf. TILESIVS *Diss. de iniuriæ remissione ob vsum sacræ cœnæ.*

Obſ. 845. ad §. XVII.

Suppreſſo) Id eſt nomine nullo vel tamen falſo adſcripto. Ex mente quidem Conſtitutionis Criminalis (1481), omiſſio nominis auctoris ad libellum famoſum requiritur, in verbis: und ſich nach Ordnung der Rechte mit ſeinen rechten Tauff- und Zunahmen nicht unterſchrieben. Sed in Receſſu Imperii (1482) diſerte ſancitum eſt, vt pro auctore famoſi libelli is habeatur, qui nomen adſcripſit: es habe der Auctor ſeinen Namen darunter geſetzet oder nicht. Hodie igitur huius criminis reus eſt, licet verum nomen adiecerit. Licet enim alii vrgeant, hæc verba non referenda eſſe ad famoſos libellos, ſed ad libros ad iniuriam alterius ſcriptos, quod ſcilicet imprimi ac vendi non debeant, quamuis iisdem auctoris nomen adiectum fuerit (1483): tamen textus aperte de famoſis libellis, Famoß-Büchern, loquitur (1484).

Obſ.

(1481) *Art. 110.*

(1482) *d. a. 1577. Tit. 35. §. 3.*

(1483) FINCKELTHAVS *Obſ. 38. n. 17.* KRESSIVS *ad cit. Art. 110. §. 1. n. 4.*

(1484) HEIGIVS *Part. 2. Q. 31.* STEPHANI *ad* CONST. CRIM. *Art. 110.*

Obs. 846. ad §. XVII.

Punitur) Adeo vt hodie nunquam pœnæ talionis locus sit. Inde licet capitalis criminis incusatio famoso libello contineatur: nihilominus vltra ictum fustium in irroganda pœna non proceditur (1485). Sed in Saxonia Electorali (1486) & Hamburgi (1487) pœna talionis diserte probata est (1488).

Obs. 847. ad §. XVII.

Declaratur) Sed recte monet LVDOVICI (1489), hanc pœnam esse absque effectu, quia nescitur, quis sit ille infamis (1490).

(1485) CARPZOV. *Pract. Crim. Qu. 98. n. 60.* HEINECCIVS *Element. Jur. German. Lib. 2. §. 120.*
(1486) *Part. 4. Const. 44.*
(1487) STAT. HAMB. *Part. 4. Art. 7.*
(1488) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 43.*
(1489) ad CONST. CRIM. *Art. 110.*
(1490) THOMASIVS *Casib. Juridic. Part. 1. Cas. 7.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0497 DFG

Liber. XLVII. Titulus XI.
De
Extraordinariis Criminibus

Obſ. 848. ad §. III.

D*ardanariatus)* Quod crimen nomen accepit a Dardano Mago, qui maleficis artibus annonam in granaria ſua vertere & menſuras in metiendo minuere ſolitus fuit (1491).

Obſ. 849. ad §. IV.

Imminet) Sed deſeruit hanc ſententiam Auctor ad Conſt. Crim. Art. 129. cum pax publica etiam in vno homine lædi poſſit, & in Rec. Imp. d. a. 1555. §. 45. expreſſe alternatiue dicatur: etwa ſondere Perſonen, etwa gantzen Communen und Gemeinden. Sed non videndum eſt, cui fiat diffidatio, ſed quæ diffidans minetur. Hinc tales minæ requiruntur, quæ ad incendia, tumultus, prædiorum deſolationes ſpectant. Quod etiam probant veterum diffidationis litteræ

(1491) STRYCK *Diſſ. de dardanariis Cap. I. n. 6. ſeq.* KRESSIVS *Diſſ. de Dardanariatu Joſephi*, von Joſephs Korn-Handel.

ræ, die auf Brand, Verheerung und Zerstöhrung der Güther abzielen (1492).

Obs. 850. ad §. V.

Præsumitur) Sed hodierni medici & physici obseruarunt, fœtum statim cum initio conceptionis vitalem esse & animatum, nec animam ex post facto demum ei infundi, vti ineptiit Glossator, quod scilicet 40. diebus mortuus sit ante infusionem animæ, sed fœtus femineus 80. diebus (1493). Interim Carolus V. secutus est distinctionem inter fœtum vitalem & non vitalem seu inanimatum (1494), non vero terminum a quo, seu tempus ex quo partus vitalis censeri debeat, definiuit. Inde in praxi ex femina quæri solet, an motum partus senserit in vtero, cum in criminali iudicio non quodlibet dubium vitæ signum sufficiat, sed certum & palpabile requiratur. In Saxonia Electorali sancitum est, vt fœtus post dimidium gestationis tempus vitalis atque animatus haberi debeat, cum hoc tempore ex motu

(1492) KRESSIVS *ad Art. 120. §. 2.*

(1493) BOEHMERVS *Diss. de cæde infantum in vtero §. 35. seq.* ILLVSTRIS ALBERTI *Jurisprudentia Medica Part. I. p. 137.*

(1494) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 133.*

admodum perceptibili cognouerit grauida, infantem adhuc viuere eo tempore, quo eum expellere conatur (1495).

Liber. XLVII. Titulus XII.

De Sepulcro violato.

Obſ. 851. ad §. I.

Obtinet) In Saxonia tamen pœna gladii dictatur, ſi cadauera inſepulta relinquuntur, vel delictum ſæpe reiteratum, vel vi armata commiſſum ſit (1497). Extra Saxoniam pœna ordinaria furti locum habet (1498).

Liber. XLVII. Titulus XX.

Stellionatus.

Obſ. 852. ad §. I.

Perſecutio) Proxime quidem accedit ad falſi crimen, ſed tamen in eo adeſt differen-

(1495) *Part. 4. Conſt. 4.* KRESSIVS *ad Art. 133. §. 5. n. 1.* BOEHMERVS *cit. Diſſ. §. 38.*

(1496) FROELICH *ad* CONST. CRIM. *p. 192.*

(1497) *Part. 4. Conſt. 34.*

(1498) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 3.*

ferentia, quod pro crimine falsi aliquid haberi nequeat, nisi a lege in specie notatum sit (1499). Quæ licet ita se habeant, verius tamen videtur, nullum esse discrimen inter falsi crimen & stellionatum. Cum enim Lex Cornelia, quæ tantum agebat de falso testamento, SCtis & principum placitis ad alias falsi species extenderetur: factum est, vt stellionatui nihil peculiariter relinqueretur, nec nomine subsidiario opus esset, quo alia falsa designarentur (1500).

☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆

Liber. XLVIII. Titulus II.

De

Accusationibus & Inscriptionibus.

Obs. 853. ad §. I.

Accusant) Publico tamen nomine in quibusdam locis Aduocatis Fisci committitur, vt accusatorum partes in se recipiant. Quo casu ordo Processus alias con-

(1499) STRYCK *l. c. h. t. §. 1.*

(1500) LEYSERVS *Med. ad Pandect. spec. 557. p. 413.*

ſuetus obſeruari debet, libellum offerendo, litem conteſtando, & reliqua peragendo, quæ ad ſubſtantiam Proceſſus pertinent (1501).

Obſ. 854. ad §. III.

Inquiſitionem) Licet Romanis inquiſitiones non plane incognitæ fuerint: tamen Proceſſus inquiſitorius, prout hodie ſeruatur, in iure Romano fruſtra quæritur, & demum a Pontifice INNOCENTIO III. introductus fuit (1502).

Obſ. 855. ad §. IV.

Specialem) Non tamen locus eſt inquiſitioni ſpeciali, niſi in cauſſa graui. Nam in delictis leuioribus iudex ſummarie cognoscit ſine Articulorum Inquiſitionalium conſcriptione, quod dici ſolet, eine Summariſche Vernehmung. Differentia vtriusque inſignis eſt. Qui enim ad Articulos reſpondet, inquiſitus vocatur, ab omnium mune-

(1501) STRYCK *Vſ. Mod. Pand. h. t. §. 1.* Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 9. §. 2. ſeq.* Anleitung zum Krieges-Proceß *Cap. 9. §. 2. ſeq.*

(1502) *cap. 14. 16. 17. X. de Accuſat.* THOMASIVS *Diſſ. de origine Proceſſus Inquiſitorii §. 35. ſeq.* BOEHMERVS *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. 5. Tit. 1. §. 81. ſeq.*

munerum publicorum, opificiorum similiumque exercitio suspenditur dubiæque existimationis habetur. Quæ omnia secus se habent in iis, qui summarie saltem responderunt. Vnde est quod homines alicuius dignitatis & opifices tantopere pro auertenda inquisitione laborent (1503).

Liber. XLVIII. Titulus III.

De

Custodia & exhibitione reorum.

Obs. 856. ad §. II.

Debent) Igitur iure Romano carcer ad custodiam tantum non ad pœnam adhibendus est (1504). Sed Canonum decretis, iure Carolino & moribus pœna carceris etiam perpetui irrogari solet (1505).

Obs.

(1503) BEIER *ad Art. 6.* CONST. CRIM. §. 5. *seq.* LYNCKER *Dec.* 327. Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 10. §. 24.*

(1504) *l. 8. §. 9. D. de Pœnis,* STRYCK *Diss. de Carcere ad Custodiam.*

(1505) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 101.* STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 1.*

Obſ. 857. ad §. III.

Separato carceri) Præterea Jus Romanum plures incarceratos eo potiſſimum in caſu ſeparari iubet, ſi diuerſi ſexus ſint, ad euitandam ſcilicet libidinem (1506). Sed hodie idem quoque in perſonis eiusdem ſexus obſeruandum eſt, ad euitandas colluſiones pro ſupprimendo crimine, aut conſilia & operam ſociam in effringendis carceribus & fuga adornanda (1507).

Liber. XLVIII. Titulus IV.

Ad

Legem Juliam Majeſtatis.

Obſ. 858. ad §. IV.

Priuato) Scilicet requirunt, vt 1) violentur animo offendendi principem, vel turbandi rempublicam, 2) vt apud principem in aula commorentur, propter verba cit. legis 5. C. h. t. *& conſiſtorio noſtro interſunt.* Sed cit. lex 5. generalis eſt, & de his reſtrictionibus ſilet. Immo ratio

(1506) *l. 3. C. de Cuſtod. reor.*

(1507) BEIER. *ad Art. 11.* CONST. CRIM. §. *12.*

ratio legis, quod sint pars corporis cæsarei etiam eo casu militat, si in illorum necem conspirans nullo in principem odio æstuet. Consistorio vero principis interesse, nihil aliud significat, quam consiliis suis principem iuuare, quod etiam ab iis fieri potest, qui in aula non commorantur (1508). Pœna tamen dissectionis hoc casu non irrogatur, sed gladii pœna obtinet, vt tamen reus pro ratione circumstantiarum vel forcipe candente vratur, vel ad locum supplicii trahæ illigatus rapiatur, vel cadauer rotæ affigatur (1509).

Obs. 859. ad §. V.

Scientia.) Licet enim vocula *conscii* in lege 5. id non satis probet, cum sæpe consocios id est participes criminis notet: tamen ex circumstantiis & fine sanctionis facile est ad intelligendum, conscriorum nomine significasse Eutropium criminis scientiam habentes (1510).

Obs.

(1508) CARPZOV. *Pract. Crim. Q. 41. n. 57. seq.* STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 5.* DE LVDEWIG *ad Aur. Bull. Tom. 2. p. 251. seq.*

(1509) CARPZOV. *l. c. n. 96.* RICHTER *Diss. de majestate in persona ministri ex odio priuato læsa.*

(1510) GVNDLING *Commentatio ad Legem Juliam Majestatis Cap. 3. §. 7. seq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0505
DFG

Obſ. 860. ad §. XI.

Commiſſa) Ex iuſta cauſſa v. g. ſi quis ſumme ebrius, vel ira commotus fuerit, pœna mitigari & delictum ictu fuſtium cum perpetua relegatione coerceri ſolet (1511).

Liber. XLVIII. Titulus V.

Ad Legem Juliam de Adulteriis coercendis.

Obſ. 861. ad §. V.

Fuiſſe) Cum enim ſeminis commixtio per teſtes probari nequeat, ex vtriusque partis confeſſione de ea conſtare debet. Elicienda vero ea eſt tormentis, ſi rei ſponte confiteri nolunt (1512). Ceterum

(1511) STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 15. ſeq.* BERGER *Elect. Jurispr. Criminal. p. 126. Part. 2. ſupplem. Obſ. 4.* Add. TENZEL *Diſſ. de eo quod iuſtum eſt circa blasphemiam.* ENGAV *Progr. de blasphemia illiusque crimine.*

(1512) STRYCK *de Jure ſenſuum Diſſ. 1. Cap. 4. n. 29.*

terum pœnæ ordinariæ locus esse nequit, nisi vtriusque partis confessio adsit.

Obs. 862. ad §. IV.

Brandenburgico) Sed ex nouissimo Edicto Regio adulterium semper pœna extraordinaria coercendum est, ita tamen, vt pœna ad relegationem nunquam extendatur (1513).

Obs.

(1513) EDICTVM REGIVM *d. d. 1. Octob. 1746.* Quod sequentis tenoris est.

Friedrich ꝛc. ꝛc.

Unsere ꝛc. Es hat uns schon vielfältig befremdet, daß die Inquisitions-Processe wegen Ehebruchs und anderer dergleichen delictorum carnis von den inquirirenden Gerichten nicht nur sehr protrahiret und über die Masse kostbahr gemachet; sondern auch demnächst darinnen öfters auf improportionirte Straffen erkannt zu werden pflege.

Weil nun aber unsere höchste Intention ist, daß dergleichen Processe, so viel als möglich, verkürtzet und ohne grosse Kosten tractiret, die Verbrechen selbst aber, so mehr für eine Schwachheit angesehen werden können, nicht so sehr ernstlich und scharf, oder wohl gar, wie bisweilen geschehen, mit der Landes-Räumung geahndet, auch die übermäßig, oder unnöthig verursachte Unkosten, keinesweges dem Inquisiten aufgebürdet, sondern a judiciis inquirentibus, welche Anlaß darzu gegeben, übernommen werden sollen; Als werdet ihr Euch hiernach gehorsamst achten, auch diese unsere höchste Inten-

Obſ. 863. ad §. VIII.

Non excuſat) Scilicet a pœna ordinaria. A qua ille etiam non liberatur, qui primus cum ea concubuit (1514).

Obſ. 864. ad §. IX.

Patri) Sed cum pater ſaltem filiam adulteram in poteſtate exiſtentem occidere poſſit, hæ vero hodiernis moribus per nuptias ſoluatur: conſequens eſt, vt patri eiusmodi vindicta priuata hodie permiſſa non ſit (1515).

Obſ. 865. ad §. XII.

Reluctantem) Cum vero in Conſtitutione Criminali addatur, einer unverläumdeten Jungfrauen: conſequitur, vt concubitus cum

---

Intention denen unter Euch ſtehenden Aemtern forderſamſt bekandt machen, um derſelben gemäß in dergleichen Fällen zu verfahren und ſich vor unnöthige und übermäßige Koſten zu hüthen, weil ſie ſolche zu übernehmen angehalten werden ſollen. Seynd ꝛc. ꝛc. Gegeben Berlin den 1ſten Octobr. 1746.

Auf Sr. Königl. Majeſt. Special-Befehl.

v. Cocceji.

v. Arnim.

(1514) BRVNNEMANN *ad. l. 22. C. h. t.* STRYCK *Vſ. Mod. Pandect. h. t. §. 11.*

(1515) MATTHAEI *de Criminibus Lib. XLVIII. Tit. 3. Cap. 7. n. 15.*

cum meretrice inuita commissus pro stupro violento, quod ordinaria pœna coercendum est, haberi nequeat (1516). Quod tamen in Saxonia Electorali non admittit CARPZOVIVS (1517).

Obs. 866. ad §. XVI.

Maior) Scilicet ea, qua alias non defloratа elocari potuisset. Cum enim per defloration em eius conditio longe deterior facta sit; non ita facile maritum sibi æqualem inuenire poterit, si dotaretur tantum secundum facultates paternas.

Obs. 867. ad §. XX.

Dictatur) Quod etiam in praxi extra Saxoniam ita seruatur (1518). Deinde pœnæ capitali non aliter locus esse potest, nisi reus seminis immissionem confessus sit, adeo vt ob deficientem seminis immissionem pœna ordinaria in extraordinariam commutanda sit (1519). Sed in

(1516) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 119.* PERILLVSTRIS BOEHMERVS *Jurispr. Criminal. sect. 2. Cap. 10. §. 130.*

(1517) *Pract. Crimin. Qu. 75. n. 53. seq.*

(1518) PERILLVSTRIS BOEHMERVS *l. c. sect. 2. Cap. 28. §. 307.*

(1519) FROELICH *ad* CONST. CRIM. *Part. II. p. 262.* CARPZOV. *Pract. Crim. Qu.*

terris Prussicis in sodomia generis huius circumstantiæ nulla ratio haberi, sed reo, si vel maxime immissio seminis non accesserit, pœna ignis dictari debet (1520).

Obs. 868. ad §. XXI.

Tribuitur) Sed verius est, remissionem coniugis innocentis mitigare pœnam bygamiæ ordinariam. Nam fauor innocentis & iniuria per remissionem sublata, quæ ad effectum mitigandæ pœnæ adulterii adducuntur, etiam hic militant. Licet vero adulterio hoc crimen grauius esse dicant; tamen ratio, quod matrimonium sacramentum sit, apud Euangelicos exulat (1521).

Liber.

Qu. 76. n. 50. Vid. TENZEL *Progr. de sodomia.* GRAEVEN *Diss. de mitigatione pœnæ in crimine sodomiæ.*

(1520) EDICTVM *d. d. 11. April. 1725.* Apud PERILLVSTREM MYLIVM *Corp. Const. March. Part. 2. sect. 3. p. 141.*

(1521) KRESSIVS *ad Art. 121. §. 2. n. 4.* WERNHER *Obseruat. forens. Part. 1. Obs. 133. 189.* GRIEBNER *Diss. de intercessione coniugum in crimine bigamiæ.* Add. THOMASIVS *Diss. de crimine Bigamiæ eiusque præscriptione.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1850933545/phys_0510
DFG

Liber. XLVIII. Titulus VI.
Ad
Legem Juliam de vi publica.

Obſ. 869. ad §. II.

Honeſtam) Propter Conſtitutionem Criminalem (1522), quæ unverläumdete Jungfrauen requirit. Igitur crimen raptus haud committit ille, qui meretricem vi abducit, licet extra ordinem coercendus ſit (1523). Interim a pœna ordinaria non liberatur femina, quæ masculum rapit (1524).

Liber. XLVIII. Titulus VIII.
Ad
Legem Corneliam de Sicariis & veneficis.

Obſ. 870. ad §. I.

Fundamento) Immo non. Nam licet PAVLO ICto, qui auctor *l. 38. D. de Pœnis*

(1522) *Art. 118.*

(1523) PERILLVSTRIS BOEHMERVS *l. c. ſect. 2. Cap. 11. §. 134.*

(1524) KRESSIVS *ad Art. 118. §. 9.* RVMPFF *Diſſ. de crimine raptus.*

est, seuerior pœna placuerit: tamen CARPZOVII sententia nititur primo iuris criminalis principio, ne quis propter homicidium culposum capitis pœnam luat. Nec obstat, quod operam dans rebus illicitis, de omnibus iis, quæ inde sequuntur, teneatur, cum id ad damni restitutionem, non vero ad pœnas capitales spectet (1525).

Obs. 871. ad §. III.

Plectuntur) Sed cum vnum vulnus lethale ad mortem inferendam sufficiat, etiam primus vulnerans saltem capite plectendus est. Reliqui enim sine effectu eum percusserunt. Quod si vero is ignoretur, potius æquum est, vt vni nocenti parcatur, ne reliqui innocentes pereant (1526). In terris Prussicis illud vulnus pro absolute lethali habetur, ex quo vulneratus die nono, vel ante eum decedit, nisi probari queat, vulneratum ex malo regimine, vel culpa chirurgorum decessisse (1527). Obs.

(1525) KRESSIVS *ad Art. 130. §. 3. n. 3.*

(1526) BEIER *ad Art. 148. §. 22. seq.* KRESSIVS *eod. §. 3.* WERNHER *Observat. forens. Part. IV. Obs. 13.*

(1527) EDICTVM REGIVM *d. d. 22. Martii 1717.* Anleitung zum Proceß *Lib. 3. Cap. 10. §. 8. lit. c.* Anleitung zum Krieges-Proceß *p. 240.*

Obſ. 872. ad §. XII.

Datum) Quod ex perſona & facultatibus eius iudicari debet, qui damnum patitur. Qui paſcua veneno inficiunt, ſi damnum inde ſequitur, iure Saxonico viui comburuntur (1528).

Obſ. 873. ad §. XIV.

Conceperit) Si incendiarius pœnitentia ductus materiam vſtilem re adhuc integra remouet, arbitrarie coercetur. Sed ſi iam ſuscitato incendio eum facti pœniteat ipſeque flammam extinguat, vel alios ad extinguendum conuocet flammaque facile extingui poſſet, capite plectitur (1529).

Liber. XLVIII. Titulus IX.

Ad Legem Pompejam de Parricidiis.

Obſ. 874 ad §. II.

Saxonia) Solent tamen tunc ſeparatis ſacculis hæcce animalia includi (1530).

(1528) *Part. 4. Conſt. 18.*

(1529) LVDOVICI *Diſſ. de effectu pœnitentiæ Cap. 3. §. 17.*

(1530) BERGER *Oeconom. iur. Lib. 3. Tit. 11. §. 12. n. 11.*

Nec hodie culeo ex corio confecto, vt olim, sed sacco linteo vtuntur (1531). Nouissimo Edicto Rex Prussiæ infanticidas culeo puniri vetuit, substituta pœna gladii.

Liber. XLVIII. Titulus X.

Ad Legem Corneliam de Falsis & de SCto Liboniano.

Obs. 875. ad §. II.

Habet) Vt viuicomburio locus sit, in praxi requiritur, vt quis non solum falsam monetam cudat, sed quoque expendat. Si enim saltem eam confecit, gladio punitur (1532).

Obs. 876. ad §. II.

Copia) Nam si exiguam quantitatem cudit adeoque parum damni communi publico intulit, ictu fustium cum perpetua relegatione coercetur (1533).

Obs.

(1531) CARPZOV. *Pract. Crim. Qu. 8. n. 19. seq.*

(1532) STRYCK *Vs. Mod. Pandect. h. t. §. 5.*

(1533) CARPZOV. *l. c. n. 60.*

Obs. 877. ad §. II.

Dictatur) Sed si monetam falsam in magna copia expenderit sicque magnum damnum communi publico intulerit, vix a pœna capitali liberari poterit (1534).

Liber. XLVIII. Titulus XIII.

Ad Legem Juliam Peculatus & de Sacrilegiis & de Residuis.

Obs. 878. ad §. III.

Aufert) Tametsi nulla accesserit effractio (1535). Sed cum apud Euangelicos exulet superstitiosa consecratio, & pœnæ furtorum secularium sat graues sint: consequens est, vt tantum vnam speciem sacrilegii agnoscamus, & secundum regulas reliquis furtis communes puniamus. Immo Carolus V. saltem eo casu vltimum supplicium irrogandum censet, si

(1534) STRYCK *l. c. §. 5.* KRESSIVS *ad Art. III. §. 4.*

(1535) JVS PROV. SAX. *Lib. 2. Art. 13.*

quis res sacras pretiosiores surripuerit. (1536).

Liber. XLVIII. Titulus XIV.

Ad

Legem Juliam de Ambitu.

Obs. 879. ad §. II.

Punitur) Pœna legis Juliæ erat deportatio (1537). Ex quo vero magistratuum creatio ad principem pertinere cœpit, lex in vrbe cessauit (1538). Sed Justinianus eius pœnam, exilium scilicet & publicationem bonorum in vsum reuocauit (1539).

Liber.

(1536) CONST. CRIM. CAROL. *Art. 172.* KRESSIVS *ad Art. 175. §. 2. n. 3.* LYNCKER *Dec. 124.* PERILLVSTRIS BOEHMERVS *Diss. de variis sacrilegii speciebus ex mente iuris Ciuilis.* IDEM *Diss. de variis sacrilegii speciebus ex mente iuris Canonici.*

(1537) *l. vn. C. h. t.*

(1538) *l. 1. pr. D. h. t.*

(1539) NOV. *8. Cap. 1. 7. 8.*

Liber. XLVIII. Titulus XV.

Ad Legem Fabiam de Plagiariis.

Obs. 880. ad §. I.

Capitis) Qui operam & auxilium præstant eiusque delicti participes fiunt, eadem gladii pœna coercentur. Ex iusta tamen caussa mitigatur pœna & extraordinaria irrogatur, veluti si quis filiam, quam abduxit, parentibus restituere voluit, quo casu scabini Halenses ictum fustium cum perpetua relegatione dictitarunt (1540).

Liber. XLVIII. Titulus XVI.

Ad SCtum Turpillianum & de abolitionibus criminum.

Obs. 881. ad §. III.

Capitur) Sed hodierna abolitio in significatu strictiori vtique ab aggratiatione

(1540) CARPZOV. *Pract. Crim. Qu. 83. n. 88.* Conf. SVEVVS *Diss. de Plagio Kaufungiano.*

differt. Hæc enim dicitur, si princeps secuta iam sententia condemnatoria, pœnam condemnato remittat. Illa vero vocatur, si ante eam reum a processu criminali eximat, quasi nunquam mota fuisset inquisitio, & sic est cassatio processus criminalis ante sententiam definitiuam facta (1541).

Liber. XLVIII. Titulus XVIII.

De

Quæstionibus.

Obs. 882. ad §. V.

G*eneralem)* Non vero ad suggestionem: Ob nicht Sempronius ihm dazu geholffen? Specialis tamen interrogatio tunc permissa est, si talis sit, qui iam aliis indicis grauatur (1542).

Obs.

(1541) J. S. STRYCK *de abolitione principum Cap. 3. n. 30. seq.* Add. GERHARD *Diss. de criminum abolitione.* TRIER *Diss. de abolitione criminum.*

(1542) HENRICVS A COCCEJI *Diss. de suggestionibus.*

Obs. 883. ad §. VII.

Adpareat) Casum notabilem exhibet THOMASIVS (1543), vbi etiam de submersione & innatatione pulmonis. Putant enim, si aquæ innatet pulmo, exinde concludi posse, partum vixisse. Sed dantur casus pulmonis infantis extra vterum viuentis submersi. Igitur hoc experimentum infallibile testimonium non præbet (1544).

Obs.

(1543) *Casib. Juridic. Part. I. Cas. 1.*

